FRAGMENTA

LEGIS SERVILIAE

REPETVNDARVM

EX TABVLIS AEREIS PRIMVM CONIVNXIT RESTITVIT ILLVSTRAVIT

CLEMENS AVGVSTVS CAROLVS KLENZE
I. V. DOCTOR ET PROFESSOR P. E. IN VNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI

BEROLINI
APVD FERDINANDVM DÜMMLERVM
MDCCCXXV

AD PHILIPPVM BVTTMANNVM.

Trado Tibi, Buttmanne uir praestantissime, hunc libellum, non commendatum quidem aut opera a me insumpta, quae ne omnino peritura sit uel ipse maxime uereor, aut eorum quae effeci nouitate, cum Tu saltem eius argumentum maximam partem iam cognitum habeas, sed ea spe fretus, fore ut non nimia cum expectatione accipias quae non ob aliquam praestantiam sed ex solo officio Tibi offerri putabis. Tu enim mihi ante hos quattuor annos in hospitalem domum Tuam recepto, ut ad haec potissimum antiquitatis monumenta animum appellerem auctor fuisti: Tu disiecta coniungentem, deperdita restituentem, quibus potuisti modis adiuuisti; ut siquid lucis salutisque antiquissimarum legum Romanarum reliquiis allatum est, id ad Te, a quo profectum est, optimo iure redeat.

Sed has mihi reliquias, ad nostra usque tempora diuulsas, nunc autem coniunctas, illustraturo primum hoc agendum est, ut, non Tua solum, sed et aliorum causa qui haec lecturi sunt, paucis uerbis exponam, qua ratione quibusque modis fragmenta illa inter se iunxi, posthac quae de tabularum aerearum in quibus seruantur fatis externaque specie comperire potui, postremo quae de legibus nostra opera restitutis aliunde constant.

Itaque ut primum coniunctarum tabularum rationem reddam, eae quattuordecim inscriptiones, quas restitutas ante oculos ponam, iam quidem omnes dudum collectae sunt a Fuluio Vrsino, sagacissimo sui temporis talium monumentorum perscrutatore, inter eas, quas Antonii Augustini operi de legibus et senatusconsultis addidit, primo loco positae [1]): partem etiam earum iam ante Vrsinum Carolus Sigonius [2]), omnes uero, tam quas solus Sigonius a se suppletas et emendatas, quam quas Vrsinus, Sigonio ut uidetur incognitas, ediderat, multi post eos seorsum repetitas uulgarunt: ceterum ex his praeter Sigonium et Vrsinum

1) Ant. Augustini liber de legib. et SCtis c. not. F. Vrsini primum prodiit Romae 1584. 4. Septem priores illarum inscriptionum agrariae, septem posteriores iudiciariae legis fragmenta in commentario uocantur.

2) Sigonius octauam et undecimam Vrsini, alteram ex altera restitutam, tanquam legis Seruiliae repetundarum fragmenta primum uulgauit in editione principe libri de iudiciis II. c. 27. Bononiae 1574. fol., quam conferendi copiam beneuole nobis fecit Hauboldus; primam uero et quartam, simili modo restitutas, tanquam legis Thoriae agrariae reliquias inseruit libro de antiquo iure Italiae II c. 2., nondum quidem, quod Hauboldus (bist. litt. p. 245. §. 85.) putauit, editione Veneta 1560. 4., quam a bibliotheca Sauiniana conferre licuit, sed primo, ut puto, editione Parisiensi 1576.

nemo animaduertit, quod illis plane latuisse non est credibile, omnes cognatione quadam teneri. Et nos quoque non uidissemus, singulas ex singulis coniunctione facta restitui quodammodo posse, nisi Tu, Buttmanne, e bibliotheca regia nobiscum communicauisses Io. Primisseri musei Ambrasensis, [3]) nunc Vindobonensis, [4]) catalogum, cui quattuor de minoribus inscriptionibus Vrsinianis (II. III. IX. X.) ex aereis tabulis descriptae adiectae sunt. Vnde uero cum illud saltem appareret, — nam quod editor in aereis tabulis edicti praetorii reliquias se inuenisse putauerat, nemini persuaderi potuit, — ex duabus tabulis quattuor descriptas esse inscriptiones, e uestigio perspicuum erat, totam tabulam, cuius haec duo certe erant fragmenta, ὀπισθόγραφον fuisse. [5]) Deinde harum inscriptionum unam fragmentum esse legis Seruiliae de ciuitate danda, quam falso diuersam putant a lege de repetundis et de iudiciis, iam ante uideramus, [6]) quam eam cum reliquis Vrsinianis conferre licuerat: post collatis intelleximus, cum ea, quam legi Seruiliae attribuendam censueramus, quae apud Vrsinum est decima, coniungi posse quartam decimam, cum duodecima nonam, [7]) cum octaua ex una parte tertiam decimam, ex altera undecimam, si modo medii inter eas maioris frusti iacturam factam esse dicamus. Cum autem hoc modo septem posteriores ex Vrsinianis olim inter se iunctas fuisse constaret, septem uero priores ut numero ita

3) Ioh. Primissers kurze Nachricht v. d. Raritäten-Kabinet zu Ambras in Tyrol. Inspr. 1777. 8.

4) Quale nunc est describitur hoc museum omissis tabularum exemplis in noua catalogi Primisseriani editione, „Die K. K. Ambraser Sammlung v. Alois Primisser. Wien 1819. 8.

5) Hoc non est sine alio exemplo; ne enim de tabula Heracleensi loquar, quae ex uno latere fert legem Romanam ex altero psephisma Graecum, aut de ea tabula aerea, quam ita describit Caiet. Marinius (atti e monum. dei fratelli arvali II, p. 568 et 569.), ut ei ex altero latere lex Romana de iudiciis ex altero lex Osca multaticia inscriptae sint, extat tabula quaedam aerea in museo Mediceo, quae ex utroque latere Romanas leges ostendit. Altera huius tabulae pars a Scipione Maffeio (Mus. Veron. p. CCCLXXV.) descripta est, altera, Lanzio auctore, a Marinio (l. c. I, p. 39. et 40. not. 44.); quarum exempla paullum nostra opera et auctiora et emendatiora subiiciemus:

pars Maffeiana:

. . . .
. . OMNIS. IV*dices* . .
. . EI. EASQVE. PILAS OI (OM*nes*?)
. . CVR. AEQVENTVRQVE . .
. . PR. FACITO. VBEI. PILAS . .
. . SORTICOLIS. SINGOLIS. SING*illatim. distributis.*
. . SCRIPTVM. ERIT. EIVS. NOM . .
ex. h. L. PRONONTIATVM. ERIT. EVM . .
. . AMQVE. QVAE. IN. EO. TRIBVN(*orum. aerariorum. ordine*?)
. . ALITER. EA. VEI. DELETO. NEIVE . .
Pr. iudicas. OMNES. ITEM. SORTIRI. IV*beto* . .
. *sententi*IAM. TOLERINT. QVOM. OMNI . .
. . MAT. IS. EAM. TABOLAM. QV . .
. *tesser*AE. DVAE. AVT. NVLLA *amplius* . . .
. . SVNT. IN. QVIBVS. PILLIS. LI. . .
. . VICIS. SIET. H. L. EAS. PILAS. OMN*es* . . .
. . OPORTEBIT. VB . .

pars Mariniana:

. . . .
. . . .
. . *pronont*I . .
. . SCRIPTA. SVNT. AN . .
. . EORVM. QVOSVE. IS . .
. . *p*EQVNIAM. CEPERIT. CO(*coegerit etc.*)
. . A. ERIT. LITERASVE. TESTIVM . .
. . AMPTVS. ERIT. QVEI. AB. EO . .
. . AS. FESTO, EIVSQVE. PEQVNIAE . .
. . QVAM. EX. H. L. SIBEI. DECIA . .
pr. FACITO. VTEI. IS. EAM. PEQV*niam* . .
dicet. EX. H. L. OPORTEBIT. QVOD . .
. . FR. (*ex*?) H. L. AORTVR. NON. SIT . .
eum. quei. petet. ET. EVM. VBDE PETETVR. F . .
. . OPTINEBIT. CONDEMNETV*r* . .
. . H. IVDI . .
. . . .

Inscriptionem Maffeianam legis Pompeiae de iudiciis (701) esse fragmentum nobis persuadent, quae ex hac lege Asconius de pilarum aequatione deque sortitione LI iudicum (PILLIS. LI.) tradit in argum. Cic. or. pro Milone. cf. infra not. 77. Alteram partem legis alicuius repetundarum, fortasse Iuliae, uestigia exhibere, nemo non uidet.

6) Cf. Leg. Seruil. Cap. XXIII. not. 1.

7) Modo primam uocem PROXIM, quam Vrsinum temere addidisse perspicuum est, plane deleamus.

forma posterioribus plane congruerent; de quattuor autem Ambracensibus certum esset binas sibi oppositas fuisse, haud temere coniicere licuit, omnes quattuordecim ex una eademque fuisse tabula, quae ex altera parte legem Seruiliam ex altera Thoriam tenuerit, ita ut prima octauae opposita fuerit, secunda nonae, tertia decimae, quarta undecimae, quinta duodecimae, sexta tertiae decimae, septima quartae decimae; id quod septem quoque priorum fragmentorum coniunctio, siquis mentem ad uerba et sententias conuerteret, per omnia confirmauit. Hactenus rem extra dubium positam illustrissimus Sauinius, quicum eam communicaueram, tradidit Hauboldo, qui summa mihi qua solebat humanitate sua sponte obtulit quae sibi ipse dudum in his rebus maiore cum studio uersatus ad haec monumenta collegerat. Cuius coniectura ductus [8]) tandem comperi, paene omnes nostrarum inscriptionum tabulas adhuc extare, ita ut praeter duo fragmenta Ambrasensia (II. et IX., III. et X.), quattuor maiora (I. et VIII., IV. et XI., V. et XII., VI. et XIII.) Neapoli, ex museo Capimontano nunc in Studia translata, asseruentur, neque quidquam perierit praeter unum Parisiense (VII. et XIV.), in quo exquirendo adhuc certe operam perdidi. Neapolitanas deinde tabulas, precibus nostris ad potentissimum Siciliarum regem ab Ill. de Ramdohr Augustissimi regis nostri illo tempore legato delatis, ueniaque clementissime nobis data, Fridericus Bluhmius, amicus doctissimus, summa diligentia descripsit, descriptasque transmisit, ut mihi quoque paene incredibili eius industria frui liceret; Ambrasenses uero denuo conferre mihi ipsi Vindobonae contigit aestate anni MDCCCXXI. Quo pacto nouis cum subsidiis denuo rem aggressus, fragmentis tabulae singulis et uersibus singulis aptandis, componendis, sub calculum et ad rationem reuocandis, postea iis quae defecerant pro uiribus addendis atque supplendis, denique tentando, experiundo, diuinando eo perueni, ut iam, quonam totius tabulae loco singula fragmenta collocanda sint, non uideatur in dubium reuocari posse. Ante enim quam noua ad nos peruenere subsidia, quattuor tantum restituendo effecimus tabulae partes, quarum prima ex aduerso inscriptiones primam et sextam, ex auerso octauam et tertiam decimam, altera hic quartam illic undecimam, tertia hic tertiam et septimam, illic decimam et quartam decimam, quarta hic quintam et secundam, illic duodecimam et nouam gerebant. Ex his autem quattuor tabulae partibus, quae inter se quomodo aptandae essent ante affirmare ausus non eram, redintegrata opera duas priores ita coniungendas esse uidimus, ut inscriptioni primae ad dextram, non ut ante uisum erat ad laeuam, e regione poneretur quarta, octauae ad laeuam undecima. Nam cum in lege Thoria primus uersus ab illis incipiat uerbis, „(princi)PIVM. FVIT. PRO. TRIBV. Q. FABIVS. Q. F. PRIMVS. SCIVIT.," ideoque restituto solito plebiscitorum exordio [9]) non plures 60 litteras ab initio legis Thoriae periisse sciamus, Seruilia autem lex in nostra tabula tanto maioribus scribatur litteris, ut, uno eodemque spatio, in primo uersu Seruiliae 75, Thoriae 97 litterae superstites sint: facile inde rationem ducere licuit, ut in primi legis Seruiliae uersus fine, qui oppositus est exordio Tho-

8) Legis Thoriae partem inter alia agrariarum legum fragmenta, in museo Capimontano regni Neapolitani asseruari iamdudum coniecerat Hauboldus in hist. litt. I. §. 85. not. p. Cf. Alex. Symm. Mazochius, Comm. in tabb. Heracl. II, p. 383.

9) Cf. Legis Seruil. Cap. I. not. 1.

riae, post uerbum AMICITIAVE non plures quam 45 litterae perierint, itaque inscriptio undecima, cuius nonnulli uersus 70 ad 80 litteras continent, non ad dextram octauae, ideoque nec quarta ad laeuam primae collocari potuerit. Postquam hoc modo simul constituimus, quosnam ad fines lex Seruilia ad dextram, lex Thoria ad laeuam porrigenda esset, legis Seruiliae ad laeuam ita constituimus fines terminosque, ut summa diligentia retractatis, quae iam Sigonius maximam partem ex consuetis legum formulis initio posuerat, ex restituto exordio primi uersus latitudinem definiremus, quam, iisdem quibus ante calculis subductis, ad oppositam legis Thoriae partem transtulimus. Postremo, comparatis litteris quae in utriusque legis primo uersu maiores sunt quam in sequentibus, ut in primo uersu ita in reliquis numerum computauimus litterarum, quae in utraque lege essent restituendae. Itaque duabus superioribus quas ante effeceramus partibus eo modo coniunctis, ut simul totius tabulae latitudo ad dextram et ad laeuam constituta esset, pergendum erat ad inferiores. Harum autem unam, ex auerso inscriptiones decimam et quartam decimam, ex aduerso tertiam et septimam continentem, iam ex apographis Primisserianis [10]) ita cognouimus, ut in lege Seruilia decima et quarta decima ad dextram initio, ideoque in lege Thoria tertia et septima ad laeuam in fine collocandae essent. Paucis deinde uerbis litterisue interiectis alteram quoque inferiorum tabulae partium cum altera, inscriptione duodecima apposita ad quartam decimam, coniungi posse uidimus; quo factum est, ut quintam a laeua cum septima coniungere liceret. Postremo has duas tabulae partes, superiorem et inferiorem, quas iam ex illis quattuor effecimus, in lege quidem Seruilia et ipsas inter se iunximus, coniunctionisque rationes suo loco reddidimus; [11]) in lege autem Thoria nondum potuimus. Hactenus satis quidem expositum uidebatur, quonam modo singula fragmenta in tota tabula disposita et collocata, quibusque rationibus subductis quae defecerant inserta fuerint; nihilominus, ut oculis quoque subiicerem totius tabulae a nobis restitutae speciem, id latus, cui lex Seruilia inscripta fuit, ad rationes nostras compositum, numero formaque singularum inscriptionum, earumque pariter ac totius tabulae uersibus diligenter indicatis, iisque quae periisse uiderentur alia scriptura insertis, in fine huius libelli adieci. Ei uero qui haec digna habere uelit, quae diligentius examinet, non possum quin confitear, me in supplendis litteris deficientibus multa, tanquam quae restituere non possem missa facere et paucioribus litteris quam quas ratio si accuratissime institueretur ferret, contentum esse maluisse, quam ut uel pauca reciperem, quae eum excederent numerum, de quo in unoquoque uersu constare uideretur.

Vt iam ad singulas inscriptionum nostrarum tabulas conuertamur, breui exponendum est, tam quibus cognitae et a quibus editae fuerint, quam quaenam earum, quae adhuc extant, externa sit forma et species: in quo, licet laminae aereae nunc quidem ex parte iterum atque iterum fractae sunt, tamen, Vrsini potissimum auctoritatem secuti, tantum ad ea septem fragmenta re-

10) Tabulas Ambrasenses emendatius ex Primisseriano exemplari descriptas lapidique incisas, tanquam scripturae, qualem nostrae tabulae exhibent, specimen, huic operi subieci. Ad hoc argumentum confer tab. I. et II.

11) Cf. Leg. Seruiliae Cap. XIII. not. 4 et 6.

spiciemus, quae ab illo ex utroque latere ita descripta sunt, ut ipsa uel integra fuerint uel, si non fuerint, id non uisum sit annotandum. Primam harum septem laminarum, quae primam et octauam collectionis Vrsinianae inscriptionem continet, nemo quod equidem sciam, eo modo descriptam edidit, ut ipse eam uidisse uideatur, praeter Sigonium et Vrsinum, licet multi post illos utramque inscriptionem reddiderunt. [12]) Vnde ad Vrsinum tam haec lamina quam reliquae peruenerint, nescimus; Sigonius autem utramque inscriptionem se ex tabulis aereis in museo Bembi Cardinalis asseruatis Patauii descripsisse testatur. [13]) Hanc laminam, ut nunc Neapoli asseruatur, fractam esse constat; Bluhmius autem iam Sigonii temporibus eam non integram fuisse coniicit, nec tamen aut Vrsinum aut Sigonium de re non dubia admonere operae pretium putauisse. Alteram laminam (Vrs. II. et IX.) praeter Vrsinum, quem unum Gruterus secutus est, [14]) postea descripserunt Ios. Gacampius, Archiep. Berytensis, anno 1762, [15]) et postremo Io. Primisserus, [16]) uterque ex Ambrasensi prope Oeni pontem museo, quod nunc ut diximus Vindobonam translatum est. Cum hac altera lamina, ut supra diximus, in museo Ambrasensi asseruatur tertia (Vrs. III. et X.), iisdem quibus altera uiris doctis cognita et a solis iisdem a quibus illa edita, nisi quod tertiam etiam a Ios. Bimardo Romae exscriptam tradit Muratorius. [17]) Quartam laminam (Vrs. IV. et XI.) ediderunt primus Iac. Mazochius [18]), post eum una cum prima lamina Sigonius [19]) et Vrsinus, e quibus eam descripserunt Brissonius [20]) et Gruterus. [21]) Nunc huius tabulae superior pars Neapoli asseruatur, inferior deperdita uidetur. Quintam laminam (Vrs. V. et XII.) integram primus Vrsinus dedit; superiorem uero eius partem eodem fere tempore, ex Claudii Puteani apographo, Brissonius, [22]) inferiorem Steph. Vinandus Pighius [23]) e tabula Veneta heredum Bembi Cardina-

12) Ex Sigonio primam descripserunt Ian. Gruterus, thes. inscr. p. CCII.; Barn. Brissonius, de formulis ed. princ. Paris 1583 fol. p. 159. (edd. rec. lib. II, c. 26.); Guil. Goësius, inter leges uarias rei agr. adi. Auctoribus rei agr. (Amstel. 1674. 4.) p. 329—338. (notas confer p. 181 seq.); octauam uero iidem, Gruterus, l. c. p. DVI., Brissonius, l. c. p. 164. (II. 26.); deinde etiam Chr. Gfr. Hoffmannus, hist. iuris Romani, Lips. 1734. 4.; et postremo ex parte Fr. Car. Conradi, Parergis, Helmst. 1740. 8. p. 35. sq. Cf. Leg. Seruiliae Cap. VI. not. 1.

13) Vtrum Sigonius utramque ex una an ex duabus tabulis descripserit, ab ipso certe non docemur. Cf. de iure ant. Ital. II, 2. de iudiciis II, 27.

14) Thes. inscr. p. CCVI. et MXXX.

15) Hanc descriptionem, ut Io. Chph. Amadutius eam in anecd. litt. vol. I. p. 463. n. 6. publici iuris fecerat, nobiscum communicauit Hauboldi incomparabilis humanitas.

16) Conf. supra not. 3.

17) Quae Bimardus exscripserat, Muratorius inseruit Nouo thes. uet. inscriptt. Tom. II. p. DLXXIV.

18) (Iac. Mazochii:) Epigrammata antiquae urbis Romae (1521. fol.) p. 181. b.

19) Cf. not. 12.

20) De formulis l. c.

21) Thes. inscr. p. CCIII.

22) Vbinam Puteanus tabulam inuenerit, Brissonius non prodit.

23) Annal. urbis Romae Tom. III. p. 137.

lis descriptam, uulgarunt. Gruterus Vrsinum ad litteram secutus est.[24]) Hanc laminam et ipsam tenet Neapolis, sed in tres partes diuisam, ut haud sciam an iam Vrsini et Puteani tempore non solum in duas sed in tres partes fracta fuerit. Quin etiam sexta lamina (Vrs. VI. et XIII.) est in eodem museo Neapolitano, a nemine ad hunc diem exscripta praeter Vrsinum et qui eum sequitur Gruterum.[25]) Vbinam uero omnia haec fragmenta Neapolitana post Bembi atque Vrsini tempora fuerint non exploraui, sed probabile uidetur, uel ab ipso Bembo iam ita collecta fuisse, uel saltem ab eiusdem heredibus, quorum plurimum interesse potuit, ad ea quae Sigonio teste ante in museo Bembino fuissent, alia eiusmodi fragmenta addere; apud eosdem uero Pighius quoque fragmentum inuenit, quod Sigonii tempore in collectione Bembina nondum fuerat (cf. not. 23.). Quando autem et quomodo haec fragmenta post in museum Capimontanum uenerint neque pro certo comperire potui neque coniicere audeo. Postremo ut ad septimam laminam (Vrs. VII. et XIV.) ueniam, ea a solo Vrsino bene exscripta est, a ceteris qui eam ediderunt corrupta. Prodiit enim in farragine Boissardi[26]) summae quidem diligentiae specie descripta et tantum non depicta, sed reuera ita deformata, ut facile intelligatur Boissardum neque ipsum aes unquam uidisse et undecunque descripsit non sana mente descripsisse. Videtur enim ex schedis nescio unde sibi transmissis,[27]) in quibus fortasse neque initium neque finis singulorum uersuum satis indicatus erat, apographum suum confecisse, et tanta quidem negligentia, ut plerosque uersus medios frangeret, eorumque fragmenta nulla ratione cum sequentibus iungeret, et praeterea nonnulla uerba et adeo uersus propter formularum similitudinem repeteret uel omitteret. Hanc fraudem Boissardi Brissonius[28]) non solum imitatus est, sed ipse quoque se ista monstra in tabula aerea musei regii Parisiensis legisse mentitur. Verum quamuis Brissonium tabulam ipsum uidisse non credam, nihilominus eam olim Parisiis fuisse constat. Iam enim anno 1567 Petrus Hamo, Caroli IX. Galliarum regis domesticus et a secretis, eam in cimeliarchio regio ad fontem Blaudi uidit et ex parte descripsit;[29]) eandem uero Cuiacius in bibliotheca regia Parisiensi se uidisse testatur.[30]) Post illa tempora neque ullum hominem noui qui eam uiderit, neque de ea quidquam Parisiis inuestigare potui.[31]) Ex illa autem Boissardi et Brissonii descriptione

24) Thes. inscr. p. CCV.

25) Gruterus ex Vrsino utramque huius laminae inscriptionem refert inter senatusconsulta et decreta (thes. p. DX.); inscriptionem uero agrariam (VI) iterum inter opera locaque publica (thesaur. p. CCV.).

26) Iani Iacobi Boissardi antiquitates seu inscriptiones Romanae, P. III. (Ff. 1597. fol.) p. 104 et 105.

27) Quae enim apographo suo adscripsit, „e Capitolio," equidem non magni faciam.

28) De formulis l. c.

29) Quae Petrus Hamo ad usus diplomaticos ex hac tabula sibi descripserat scripturae specimina, postea inter multa eiusdem generis nactus est Io. Mabillon, eaque uulgauit in De re dipl. Paris. 1709. in praef. uersus finem et in ipso opere p. 341. et 345.

30) Cuiacius enim (obseruatt. VII, 29.) ex eiusmodi tabula se memoria retinere dicit formulam VBEI. DE. PLANO. RECTE. LEGI. POSSIT., quam procul dubio in uersu 22 inscr. VII. uiderat; ea enim nostrarum inscriptionum, in qua eandem formulam iterum deprehendimus (XII. 13.) et minus plenam eam ostendit neque quod scimus unquam in museo Parisiensi fuit. Cf. Leg. Seruiliae Cap. XIX. not. 14.

31) Gruterus dubitans, utrum Vrsino an Boissardo fides habenda esset, tam Vrsini exemplum (thesaur. p. DIX.) quam Boissardi et Brissonii (ib. p. DXI.) reddendum censuit.

menda omnia enumerare non uidebatur operae pretium esse; singulorum uero uerborum, quae interdum rectius descripta uiderentur, uarietatem suo loco indicauimus. Ceterum omnia fragmenta, quae Bluhmius Neapoli et ipse ego Vindobonae contulimus, nobis persuadent, totam tabulam primo ad solam legem Seruiliam recipiendam factam aptatamque fuisse, Thoriam uero postea demum, licet non longa mora interposita, in auersa parte esse adscriptam; a fronte enim, quae legem Seruiliam fert, laeuigata politaque, a tergo autem scabra est, quales esse solent, quae in una tantum parte conscriptae sunt. Deinde legis Seruiliae scriptura est elegans, nitida et ubique aequabilis: contra lex Thoria diuersissimis inter se litteris, modo grandibus modo minutis, uersibus maximam partem obliquis et inaequalibus, denique festinantius scripta est. Ita in utraque lege litterae nonnullae figura minus uulgari formatae sunt: ut enim in lege Thoria festinationi scalptoris tribuo, quod ꝗ interdum pro Q, Ⱥ uel Λ pro A scribitur, ita in elegantiori Seruilia maiori diligentiae scalptoris tribuendum puto, quod praesertim in numeris Ɖ scribitur pro D, ↓ pro L.

Nunc ad uniuersum harum legum argumentum transeamus, quod in grauissimas dissidiorum, discordiarum, seditionumque publicarum causas et rationes incidisse e uestigio uidemus. Romae enim, ut fere fit, postquam noua odia, ex auaritia et luxuria exorta, diu occulte serpserant, tandem igni non amplius clam gliscente, flamma aperta singula ordinum iura arripuit, eaque partim mutauit, partim sustulit, ut labefactata multis seditionibus uniuersa tandem res publica conuersionem euitare non ualeret. Vt uero ad ea iura, in quibus tollendis mutandisue per septimum urbis saeculum discrimen positum fuit, prae ceteris iudicia publica et rem agrariam pertinere constat, ita inter eas leges, quae repetundarum iudicia constituerunt mutarunt firmarunt, Seruiliam, inter eas, quae rem agrariam designarunt statuerunt determinarunt, Thoriam praecipuo loco positam esse nemo nescit. De re agraria pluribus disserere non est huius loci, sed haec omnia ad id tempus, quo etiam Thoriae legis restitutionem publici iuris faciendi otium dabitur, differenda ratus, nunc in eis iuribus explicandis subsistere decreui, in quibus constituendis confirmandisque inter alias lex Seruilia uersatur, ut expositis eis, quae de pecuniis repetundis deque iudiciorum publicorum forma nouimus, facilius perspiciatur, quinam nostrae legi locus, siue ad tempus quo lata est, siue ad ea quae ipsa constituit respicere uelis, a nobis uindicari debeat. Cum autem ea iudiciorum forma, quae primo non nisi ad pecunias repetundas constituta erat, mox plerasque publicas causas ita mutarit, ut fere omnes, senatoriis et popularibus iudiciis remotis uel saltem restrictis, coram iudicibus ex albo selectis et ad singulas res iuratis peragerentur, lex Seruilia etiam in eam controuersiam incidit, quam a Semproniis legibus usque ad Iulias de modo et ratione constituendi illius albi iudicum modo maiore modo minore cum studio ab utrisque partibus defensam, nullo autem tempore plane compositam et sublatam uidemus, ideoque non modo de repetundarum legibus, sed etiam de iudicariis articulatim erit disputandum.

Si primum ad crimen repetundarum conuersi quaerimus, quibusnam modis Romani prioribus liberae rei publicae saeculis libidines cupiditatesque magistratuum coercuerint, pauca et fere nulla inuenimus eius prudentiae uestigia, qua legumlatores septimo urbis saeculo in una quaque lege repetundarum curiose usi sunt, quam rem non tam priorum temporum alicui negligentiae quam posteriorum

summae auaritiae adscribi debere perspicuum est. Ciuibus enim Romanis eodem quo postea modo, siquae pecuniae ereptae essent, non solum ciuili fere actione et priuato iure eas repetere [32]) sed etiam ex lege XII tabularum iudicem arbitrumue iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus esset, capitis accusare licebat; [33]) sociis autem, si Liuio [34]) fidem habere licet, ante finem saeculi sexti nemo unquam in ulla re oneri aut sumptui fuit, ita ut, quod tradi solet, [35]) quibusdam legibus olim prouinciis prospectum magistratuumque sumptui aliquem modum impositum fuisse, id prioribus non possimus adscribere temporibus quam M. Porcii Catonis, quem praeter alias innumerabiles sumptuarias leges eam quoque Porciam auctorem habere suspicor, quam de sumptu magistratuum in prouinciis coercendo plebiscitum de immunitate Termessensium affert. [36]) Cum autem Africa Graeciaque subacta populus Romanus paullatim ita mutatus esset, ut plerique ciues Romani Italiam nouercam suam uocarent, antiqua illa frugalitas cessit luxuriae, luxuria auaritiae, et ex auaritia tandem erupit audacia et intemperantia, ad quam in prouinciis coercendam primo iudicia extraordinaria deinde ordinaria et perpetua introducta sunt. Extraordinaria illa iudicia nondum publica, sed tantum priuata fuisse, omnes quidem quos noui uiri docti consentiunt; [37]) et quanquam de modo et ratione harum quaestionum non omnia satis intelligo, tamen nisi Liuii uerbis uim facere uolumus, [38]) dubitare non possum, quin etiam haec prima et extraordinaria repetundarum iudicia publica fuerint; ordinariis uero iudiciis perpetuisque quaestionibus liberae rei p. temporibus magistratuum libidinem lege lata primus coercuit L. Calpurnius L. f. Piso Tr. pl. Manilio et Censorino coss., [39]) deinde M. Iunius D. f. Trib. pl., [40]) post

32) Cic. diuin. Caec. 5. „De quo quid ego plura commemorem? quasi uero dubium sit, quin tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa constituta sit. Nam ciuibus cum sunt ereptae pecuniae, ciuili fere actione et priuato iure repetuntur." Cf. a ad. c, 20. et in Verr. I, 14. II, 6.

33) Gell. XX, 1.

34) Liuius XLII, 1.

35) Cic. in Verr. IV, 5.

36) Versu 52—56 in editione Dirkseniana (Versuche zur Kritik u. Ausl. d. Quellen d. R. Rechts. Leipzig 1823.) p. 194. — „NEIVE. QVIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. LEGATVS. NEVe. QVIS. ALIVS. facito. NEIVE. INPERATO. QVO. QVID. MAGIS. IEI. DENT. PRAEBEANT. AB. IEISVE. AVFERATVR. *NISEI. QVOD. EOS. EX. LEGE. PORTIA. DARE. PRAEBERE. OPORTET. OPORTEBIT.*"

37) Vitriarius Diss. de crimine repetundarum. Lugd. Bat. 1748. 4. Cap. I. Sigon. de iud. II, 27. Heinecc. Antiq. IV, 18. §. 72.

38) Liuius (XLIII, 2.) postquam de iudicio recuperatorio disseruit, his uerbis pergit: „*Grauissimis criminibus accusati ambo, ampliatique:* cum dicenda de integro causa esset, excusati *exilii causa solum uertisse,* Furius Praeneste Matienus Tibur exulatum abierunt."

39) Anno 605. V. C. Cic. Brut. c. 27. de off. II, 21. Cf. Verr. III, 84. IV, 25.

40) De aetate et argumento huius legis Iuniae affirmare quidem nihil audeo, cum praeter nostram legem Seruiliam frustra quaeras eius uestigia; id uero non nescio Sigonium in hac re ualde errasse. Quo minus enim cum eo illam M. Iunio Penno, qui Lepido et Oresta coss. (627) Tribunus plebis fuit, adscribamus, nos impedit *Decimi* praenomen, quod patri Marci rogatoris adscribitur in eo nostrae legis loco, quam Sigonius nondum nouerat (Lin. LXXIII. Cap. XXIII. not. 3. 4. Cf. Lin. XXIII. Cap. VIII. not. 15.); Penni autem patrem illum *Marcum* fuisse, qui cum Q. Aelio Consul fuit ex Cicerone constat. Brut. 82. de Off. III, 11. Ad haec quae de poena exilii, qua ex lege Iunia damnati affecti fuerint, Sigonius commentus est, infra pluribus refutata sunt. Cf. cap. XI, not. 6. Ceterum monendum est, nullam repetundarum legem praeter Iuniam et Calpurniam in Seruilia commemorari, ita ut nulla praeter Iuniam alia intercedere uideatur inter Calpurniam et Seruiliam; quo eorum

eum C. Seruilius Glaucia, tum M'. Acilius Glabrio,[41]) eius Glabrionis, qui Verrem Praetor damnauit, pater, paullo post L. Cornelius Sulla Dictator[42]) et postremo C. Iulius Caesar primum Consul.[43]) Post illa autem tempora, cum imperatorum auctoritate magis magisque efficeretur, ut magistratus Romani antiquae illius potentiae, quam ante tot legibus arceri opus fuerat, iacturam facerent, uix quidquam noui legibus senatusue consultis aut constitutionibus principum introductum est ad auaritiam magistratuum coercendam. Illis uero legibus si quaerimus quidnam de hoc crimine constitutum fuerit, primum dispiciendum uidetur, quodnam repetundarum crimen dixerint, deinde quonam modo hoc crimen uindicandum statuerint, et postremo quibusnam et in quas personas actionem iudiciumque permiserint.

Pecuniae repetundae in genere quidem uocatae sunt dona, quae magistratus in officio accepit;[44]) sed praeterea nequis aduersus leges dona et munera fictitio nomine ui minisue extorqueret, eiusmodi pecuniae in fraudem legis ereptae eodem numero habitae multisque uerbis circumscriptae sunt. Quodcunque enim ABLATVM CAPTVM COACTVM CONCILIATVM AVORSVMVE fuisset, de eo ex legibus repetundarum petitionem nominisque delationem fuisse, exemplum legis Seruiliae docet.[45]) Verumtamen nequis magistratus ob leuissimam rem ad magnam quaestionem abripi posset, cautum fuisse uidetur, ut parua dona, quorum sub imperatoribus summa centum aureorum fuit, sine fraude capere liceret.[46])

Hoc uero repetundarum crimen tam priuata repetitione, quam publica accusatione uindicari potuisse mihi persuasum est.[47]) Vt enim iam prima illa extra-

quidem coniectura confirmatur, qui apud Valerium Max. VI, 9, 10. pro *Caecilia Calpurniam* substituendam censent (Sig de iud. II, 27. Menard. in Cic. Verr. I, 13. Hein. antiq. IV, 18, 72.); eorum autem opinio refellitur, qui cum Ferratio (in epistolis, Venet. 1738. 4. I, 10. p. 40.), Iunia plane omissa Aciliam ante Seruiliam ponendam esse coniiciunt. Bachius legem Iuniam praeterit, de Acilia dubitanter loquitur in hist. iur. ed. VII. p. 168.

41) Aciliam legem nemo quidem praeter Ciceronem et Asconium commemorat, ii uero eo modo, ut licet eorum uerba multis in rebus dubia sint (cf. Cap. XIV. not. 1.), tamen non intelligam, qua ratione (cf. Ferrat l. c.) haec lex prior Seruilia putari potuerit. Cic. in Verr. I, c. 9. „Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronuntiari." Ascon. ad Verr. act. I, c. 17. „M'. Acilius Glabrio legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis seuerissimam, ut qua ne comperendinari quidem liceret" et ad lib. I. c. 9. „quae lex neque comperendinationem, neque ampliationem habet."

42) Ex hac lege Cornelia, quae erat una ex multis illis publicorum iudiciorum legibus, quas Sulla Dictator a. 671—74 tulerat, accusati sunt Cn. Dolabella (cf. Perizon. animadu. c. 2. p. 54.), C. Verres, in quem Cicero Aedilis patronus dabatur, C. Macer, quem idem Praetor damnauit (Cic. ad diuers. XV, 21. Val. Max. IX, 12, 7.), M. Fonteius, quem praetorius defendit, et L. Flaccus (cf. Garat. ad P. Manut. arg. in Cic. or. p. Flacco), cuius causam consularis egit.

43) Haec lex quam Caesar cum Bibulo Consul (695) tulit (Cic. in Vatin. c. 12.), omnium notissima est, non solum ex Cic. oratione pro C. Rabirio Postumo (cf. praeterea in Pison. c. 16. 37. ad Att. V, 10. 16. ad diuers. V, 20. VIII, 8.), sed etiam ex iureconsultorum interpretationibus, quas Iustinianus recepit in Dig. XLVIII, 11. Cf. Vitriar. l. c. cap. III.

44) DONVM NE CAPIVNTO, NEVE DANTO, NEVE PETENDA, NEVE GERENDA, NEVE GESTA POTESTATE. Cic. de legibus III, 4.

45) Lin. I. et LVIII. Cf. cap. I. not. 6.

46) Cf. L. 6. D. de lege Iul. rep. (XLVIII, 11.) et L. Seruil. Cap. I, not. 5.

47) Hoc ipsum discrimen uel illa formula subindicare uidetur: „DE. EA. RE. *PETITIO. NOMINISQVE. DELATIO.* ESTO." Vid. L. Seruil. Cap. I, not. 7.

ordinaria iudicia non solum ad poenam petendam, sed etiam ad priuatam repetitionem instituendam constituta erant — quo recuperatorum, quorum Liuius [48]) meminit, officium spectare uidetur —, ita postea ordinaria quoque et perpetua iudicia non impediebant, quo minus priuati pecunias sibi ereptas repeterent, sed tam ad rem persequendam quam ad poenam expetendam constituta fuisse uidentur. quin etiam praeter publicam nominis delationem, lege Seruilia docemur, priuato iure per legis actionem et quidem per sacramentum pecunias captas ex legibus Calpurnia et Iunia repetere licuisse. [49]) Hanc priuatam actionem ad solam repetitionem instructam et ea de re solis sociis peregrinisque datam fuisse, quippe ciuibus Romanis inutilem et superfluam, [50]) inde colligi potest, quod lex Seruilia, quam primam ciuibus Romanis publicam accusationem permisisse mox uidebimus, mutatis uel renouatis fere omnibus, quae ad publicam causam spectabant, hoc priuatum legis Iuniae et Calpurniae iudicium non mutatum retinuit. Sed eam condemnationem, quae publico iudicio fiebat, duplex poena sequebatur, litium aestimatio et exilium. et lites quidem ad legem Seruiliam usque simpli, post illam dupli et postremo, nescio utrum ex lege Cornelia, an iam ex Acilia, quadrupli aestimatas fuisse, discimus ex ipsa Seruilia; [51]) aqua uero et igni non ut uulgo putatur uni cuique condemnato interdici solebat, sed ei soli, qui antequam res iudicata esset urbe cesserat aut in exilium abierat. [52]) Ceterum ex lege Seruilia intelligi potest, omnia peregrinorum iudicia siue publica siue priuata per patronum, quem legis actorem Cicero uocat, [53]) ita peracta esse, ut singuli peregrini, cum pro se lege agere non possent, omnem causam transferre deberent in patronum publice datum, cuius nomine postularetur, lis aestimaretur, pecunia solueretur: reges uero populiue liberi per legatos publice receptos res repeterent. [54]) Non me praeterit hoc patrocinium, quantum quidem ad priuatum iudicium attinet, eiusmodi esse, ut a Gaio non uideatur agnosci, qui alterius nomine lege agere in totum non licuisse tradit, nisi causis quibusdam ab hac longe diuersis; [55]) uerum inter has ipsas quas excipit causas non dubitabis quin peregrinorum actionem solo uitio

48) XLIII, 3.

49) Cf. L. Seru. Cap. VIII. not. 15. XXIII. not. 3 et 4. Caue uero putes, hanc Calpurniam legem, quae non differt ab ea, de qua antea locuti sumus (not. 39.), eandem esse, quam Gaius (IV, 19.) cum Silia coniungit; hae enim ad condictionem pertinent, nostra autem ad sacramentum.

50) Cf. not. 32. Itaque de suo etiam tempore Cicero „ciuibus," ait „cum *sunt* ereptae pecuniae, ciuili fere actione et priuato iure *repetuntur*. Haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est." Diuin. Caec. c. 5. Item: „Cum lex ipsa de pecuniis rep. sociorum atque amicorum populi Rom. causa parata sit, iniquum est, non eum *legis* iudiciique *actorem* idoneum maxime putari, quem actorem causae suae — socii esse noluerunt." ib. c. 20.

51) Cap. XVIII. not. 1.

52) Cap. XI. not. 6.

53) Vid. not. 50.

54) De his patronis actoribus uid. Leg. Seruil. Cap. IV. et V. et praeterea Cap. XVIII. not. 8. et XIX. not. 1.

55) Gaius IV, 82. — „cum olim quamdiu (*solae?*) legis actiones in usu fuissent, alterius nomine agere non liceret, (*nisi*) pro populo (*et libertatis causa*)."

memoriae omiserit. Nam uel in Iustiniani institutionibus [56]) his ipsis Gaii uerbis tutoris actiones et iudicium legis Hostiliae non aliam ob causam adiecta sunt, nisi quod ei exciderant, et Gaii temporibus iam dudum in desuetudinem abierat, ut pro peregrino alterius nomine ageretur: abolitis enim legis actionibus peregrinum ficta ciuitate proprio nomine per formulam agere potuisse ab eodem Gaio docemur. [57])

Nunc uidendum est, quibusnam personis et aduersus quasnam personas repetundarum iudicio experiri licuerit; in quo si ad priuatum respicimus, iam non est dubium, quin semper ut modo diximus ad solos peregrinos pertinuerit: sin ad publicum, dubitari possit, annon id quod postea obseruari solebat, iam prioribus temporibus obtinuerit, ut ciuibus quoque Romanis nomen alicuius deferre permissum fuerit. sed, quamuis Cicero, qui sociorum causa quaestione mde pecuniis repetundis constitutam esse testatur, [58]) has dubitationes non satis tollere uideatur: extat exemplum quoddam quaestionis repetundarum extra ordinem eo tempore institutae, quo dudum perpetuas introduxerat lex Calpurnia, quod explicare nisi ea ratione non possumus, quod a ciuibus Romanis facta est accusatio. Loquor autem de illo L. Tubulo, qui postquam L. Metello et Q. Maximo coss. (612) Praetor fuerat, [59]) ex praetura ob rem iudicandam pecuniam cepisse accusatus et iudicio extraordinario a Cn. Seruilio Caepione Consule (613) damnatus est. [60]) Sunt uero praeterea qui tanquam Liuio et Cicerone auctoribus [61]) aliud quoque eiusdem anni iudicium extraordinarium, quod non a ciuibus Romanis, sed a peregrinis petitum esset, afferant, [62]) sed uereor ne ualde errent; eandem enim causam Valerius Maximus Liuio et Cicerone multo diligentius ita narrat, ut satis appareat, T. Torquatum, quem iudicium exercuisse statuunt, non quaestionem, sed tantum arbitrium in ea causa suscepisse, ideoque totum iudicium non publicum, sed priuatum fuisse. [63]) Quamdiu ita accusatio publica a solis peregrinis fieri poterat, consequitur non aliorum quam qui pro Praetoribus proue Consulibus, quiue in horum comitatu legatorum munere fungerentur, quiue extra ordinem cum imperio militari extra urbem magistratum gessissent, non autem eo-

56) Pr. I. de iis, p. q. agere possumus. Cf. L. 123. pr. D. de R. I.

57) „Item ciuitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat, aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, — — — uelut si furti agat peregrinus." Gaius IV, 37.

58) in Verr. II, 6.

59) Cic. ad Att. XII, 5.

60) Cic. de fin. II, 16. „An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui quum Praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte *cepit pecunias ob rem iudicandam*, ut anno proximo P. Scaeuola Tr. pl. ferret ad plebem, uellentne de ea re quaeri. quo plebiscito decreta a senatu est Consuli quaestio Cn. Caepioni. profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus; erant enim res apertae." Cf. de finib. IV, 28. V, 22. de nat. deor. III, 30. I, 23. fr. orat. pro Scauro et Perizonii trigam diss. p. 152.

61) Liuius ep. LIV. Cic. de fin. I, 7.

62) Sigonius de iud. II, 27.

63) Val. Max. V, 8, 3. „Summo cum amplissimi ordinis tum etiam *eorum, qui quaestum uenerant, consensu*, cognitione suscepta domi consedit et — — pronuntiauit."

rum, quos in urbe officia tenerent, uelut Praetorum, Aedilium, Censorum, nomina deferri potuisse. Hoc uero postea mutatum esse nemo dubitat, ideoque Caesar in lege, quam eum de repetundis tulisse modo diximus, nullo facto discrimine earum omnium pecuniarum captarum accusationem constituit, quas quis in magistratu potestate curatione legatione uel quo alio officio munere ministerioque publico accepisset ob ius dicendum uel ob iudicandum decernendumue uel quo magis aut minus quid ex officio suo faceret; [64]) sed etiam in singulis rebus nominatim de urbanis magistratibus cauit. [65]) Quodsi quaerimus quando antiquus rei status ita mutatus fuerit, nihil quidem certi habemus, nisi quod iam in Seruilia lege multis locis accusationes a ciuibus Romanis faciendae commemorantur; quae res in causa fuit, ut cum Sigonius in ipso primo eius uersu redintegrando ciuium Romanorum mentionem iniecisset, nos nihil ab eo dissenserimus. Vtrum autem huic legi hanc mutationem debeamus an Iuniae non satis constat; attamen mihi quidem probabile est, Seruilium primum ciues quoque ad accusandum uocasse, propterea quod ita ea coniectura, ad quam interpretatio et restitutio tabularum nos coegit, optime firmatur, qua, lege demum Seruilia lata, quaestiones repetundarum non ut ante a Praetore peregrino sed a peculiari Praetore repetundarum exerceri coepisse statuimus. [66]) Ceterum ut hanc accusationem non modo aduersus eum, qui pecunias cepisset, sed etiam aduersus eum, qui ipse cuiusue parens filiusue illi heres factus sit, et quod adieci, [67]) aduersus eum, qui in eius potestate manu mancipioue fuerit, iam ex lege Seruilia fieri potuisse certum est, ita constat, legem Seruiliam et post eam Corneliam Iuliamque cauisse, ut ad quemcunque peruenisseut, ab eo pecuniae captae repeti possent. [68])

De pecuniis repetundis satis dictum est; nunc res ipsa monet, ut deinceps ad leges transeamus iudiciarias, in quibus et ipsis eandem Seruiliam esse supra dictum est. Cum enim, id quod ante Calpurnium obtinuit, ut omnia iudicia publica penes populum aut senatum essent, ad nouum illud crimen uindicandum retineri non posset, quia de optimatibus populus senatum ob paris culpae conscientiam nimia indulgentia, senatus autem populum ob graue odium nimia seueritate iudicaturos esse putabant, lex Calpurnia prima instituit album iudicum selectorum, quorum certus numerus ad singulas causas editi lectiue inque eas iurati, auctoritate Praetoris peregrini de captis pecuniis iudicarent. Postea autem, saltem legibus Corneliis latis, his iudicibus non solum omnia publica sed etiam priuata iudicia concessa sunt, ut ad illa certus numerus eligeretur, in his singulae causae singulis traderentur. Hos autem iudices, etiamsi senatus auctoritati iudicia subtracta uiderentur, tamen ex solis senatoribus lectos fuisse nemo nescit, donec, quod iam Tiberius Gracchus tentasse dicitur, [69]) frater eius Gaius lege

64) L. 1. 3. 4. D. de lege Iul. rep.

65) L. 6. §. 2. L. 8. eod.

66) Cap. VII, not. 1.

67) Cap. I, not. 13.

68) Cap. I, not. 15. XI, not. 8.

69) Cf. Duker. ad Flor. III, 17.

lata perfecit, iudiciaque senatoribus erepta ad equites transtulit. [70]) Post plures uero uicissitudines et mutationes, quas post legem Semproniam in utramque partem leges Seruilia Caepionis, [71]) Seruilia Glauciae, [72]) Liuia, [73]) Plautia [74]) effecerant, uel saltem tentauerant, lex Cornelia Sullae rem ad pristinum statum reduxit, ut eo modo ex senatoribus iudices eligerentur, quo etiam ante Gracchos legi soliti fuissent. [75]) Eorum autem quae ex hac lege instituebantur iudiciorum agmen fere clausit C. Verres, nihilque senatoribus aduersus eum seuerioribus fuisse profuit; L. enim Aurelius Cotta, non sine auctoritate ut uidetur Consulum Pompeii et Crassi, qui nouum imperium adepti auram popularem ad augendam potentiam captabant, Corneliam legem sustulit, iudiciaque senatoribus equitibus et tri-

70) Id quomodo hac notissima lege Sempronia factum sit, lex Seruilia efficit, ut minus constet, quam ante uidebatur constare. Vid. Cap. VI, not. 1.

71) Haec lex, quam L. Crasso suadente Q. Seruilius Caepio cum C. Atilio Serrano Consul (648) eo anno tulit, quo Cicero natus est, iudicia, quae equestria fecerat lex Sempronia, non senatoribus et equitibus reddidit communia, ut Ernestius (Ind. leg.) et Bachius (hist. iur. p. 168.) haud scio an ab Iulio Obsequente (c. 101.) edocti dicunt — nam in iis quae afferunt Ciceronis testimoniis non nisi de equitibus agitur —, sed quod Tacitus (Ann. XII, 60.) plane tradit et Cicero multis locis confirmat, solis senatoribus restituit. (Cf. Brut. 43. 44. 86. 87. de orat. I, 52. parad. V, 3. de inuent. I, 49.) Fuerunt etiam qui historiae illius temporis plane ignari dubitarent, an perlata fuerit (Bach. l. c.); at eiusmodi dubitationem tollunt non tantum omnia illa quae attuli loca, sed etiam quaedam inscriptio, quam qualem eam Gruterus e Manutio, Panuinio et Ant. Augustino in thes. inscr. p. CCCCLXVIII. 5. recepit, subieci:

Q. SERVIL. CN. F.
CAEPIONI. COS. [CENS.] TRIVM
PH. PATRIAE.
LIB. DECVR.
VERONEN.
OB. IVDICIA. RESTITVTA.

Cf. Thom. Reinesii ep. ad Casp. Hoffmannum et Chr. Ad. Rupertum Lips. 1660. p. 124. Ad haec nisi perlata fuisset, quis Valerio Maximo (VI, 9. 13.) crederet, Caepionem patronum senatus appellatum fuisse? Ceterum idem hic est Caepio cuius auaritia et calamitas locum fecit prouerbio: *„Aurum habet Tolosanum"* (cf. Gell. III. 9.); Crasso enim et Scaeuola coss. (658) a C. Iunio Norbano accusatus in exilium abiit, inque eo misere periit (Strabo IV, p. 188. Val. Max. IV, 7, 3. Liu. ep. LXVII.) uel quod alii tradunt, in uinculis publicis spiritum reddidit corpusque eius laceratum in scalis Gemoniis iacens conspectum est. (Cf. id. Val. Max. VI, 9, 13.)

72) Quae de lege Seruilia Glauciae iudiciaria, quam iterum ad equites iudicia transtulisse Cicero testatur (Brut. 62. fragm. or. pro Scauro), tanquam a lege Seruilia repetundarum diuersa, neque unquam perlata, nostrates Cicerone refragante narrare solent, pluribus refutare supersedeo; namque totum de iudicibus locum plura huius legis capita occupare post reperiemus.

73) L. Marcio et Sex. Iolio Coss. (663) M. Liuius Drusus iunior Tr. pl. legem tulit de iudiciis rursus ad senatores transferendis (Vell. II, 13.), quam Bachius silentio praeteriit, Ernestius autem cum ceteris eiusdem Liuii legibus non perlatam fuisse censuit. Attamen cum doceamur, Philippum Consulem a senatu obtinuisse ut omnes Liuiae leges tollerentur, decretumque fuerit contra auspicia illas esse latas, neque iis teneri populum (cf. Cic. de legg. II, 12. Fr. or. pro Corn. mai. reo., ib. Asc.), dubium non est quin perlatae quidem sed post sublatae fuerint.

74) Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Catone Coss. (665) M. Plautius Siluanus legem tulit, ut tribus singulae quinos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent; quo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, ut quidam etiam ex ipsa plebe. Cf. Asc. in Cicer. or. pro Cornelio. Quod Ernestius (in ind. legg. s. l. Aurelia) et Bachius (hist. iur. p. 174.) hac quoque de lege dubitauerunt an perlata fuerit, locum Ciceronis (Fr. cit.) quem ipsi excitant legere debuerunt. „Memoria teneo quum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent — — Pompeium causam dixisse."

75) Hanc legem Corneliam uel pueri norunt ex Ciceronis orationibus in C. Verrem act. I. et act. II. lib. 1.

bunis aerariis commisit: [76]) id quod alter Consul Pompeius cum postea seueriora reddere studebat iudicia non est ausus abrogare, [77]) donec C. Caesar Dictator lege lata plebeium ordinem a iudiciis exclusit, solis senatoribus et equitibus ad ea uocatis. [78]) Haec ut Caesar constituerat, sub imperatoribus partim mutata partim integra seruata sunt. Publica enim iudicia, sublatis ut uidetur iudicum selectorum quaestionibus, sub imperatoribus ad senatum, qui pristinis rei publicae Romanae temporibus plerumque in publicis causis iudicauerat, rediisse suspicor. Namque non solum Traiani temporibus repetundarum iudicia in senatu peraguntur, [79]) sed iam Tiberio imperante (773) Cn. Pisonem interfectorem Caesaris Germanici, aduersante lege Cornelia de sicariis, [80]) in senatu accusatum et moderante imperatore iudicatum esse legimus. [81]) Priuati autem iudices, Gellii saltem temporibus a publicis plane diuersi, [82]) eodem modo postea quoque in album seligi soliti esse uidentur, quo Caesar album constitui iussit, hoc est, ex utroque tam senatorio, quam equestri ordine. [83]) De tempore uero, quo publica iudicia ita a priuatis discreta ad senatum redierint, nihil affirmare ausim; uerum cum iam Tiberio imperante haec mutatio facta fuerit, equidem eam non alii tribuere uelim quam Augusto, et quidem nisi coniectura fallit legibus Iuliis iudiciorum publicorum et priuatorum.

76) De tribunis aerariis, quorum Asconius in Ciceronis or. I. pro Corn. et in Pison. c. 39. in diu. Caec. c. 3. mentionem fecit, tacent Vell. Pat. II, 32. Cic. pro Cluent. 47. et schol. ad Verr. act. I. c. 1., non quod tribuni, quae Ant. Augustini (de leg. et senatuscons. u. Aurelia) sententia est, ad equites pertinuerint, neque quod tribunorum ordo numeratus non sit, (ita Ernestius in ind. leg. uoc. Aurel. statuit), sed quod ex re quae potiores partes continet, tota res appellata est, quomodo Ruhnkenius rem explicat ad Vell. l. c.

77) In utraque lege iudiciaria, quae Cn. Pompeii nomen fert (699. 701.), de tribus ordinibus nominatim cautum esse traditur. Asconius in Cic. Pison. c. 39. „Pompeius in consulatu secundo, quo haec oratio dicta est, promulgauit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter quam antea lecti iudices, *aeque tamen ex illis tribus ordinibus*, res iudicarent." Item in arg. or. pro Milone: „iubebat (altera lex Pompeia) — — ut coram accusatore ac reo pilae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur: dein rursus postero die sortitio iudicum fieret unius et octoginta: — — — prius autem, quam sententiae ferrentur, *quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiiceret, ita ut numerus iudicum relinqueretur* qui sententias ferrent, *quinquaginta et unus.*" Huius alterius legis Pompeiae fragmentum supra apposui. Cf. not. 5.

78) „Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis ac senatorii; tribunos aerarios quod erat tertium sustulit." Sueton. Iul. c. 41. Cf. Cic. Philipp. I, 8.

79) Plinii ep. II, 11 et 12. IV, 9.

80) Vlpianus, de off. Procons. in Coll. legg. Rom. et Mos. I, 3.

81) Taciti annal. III, 17.

82) Gell. XIV, 2. „Quo primum tempore a Praetoribus lectus in iudices sum, ut iudicia quae appellantur priuata susciperem."

83) Nam sicut Caesar omnes iudices pari numero ex utroque ordine ut legerentur constituit, ita consilium quoque, apud quod ex lege Aelia Sentia causa probari solebat, *quinque senatorum et quinque equitum Romanorum* fuisse nemo nescit. Cf. Gaius I, 20. Vlp. I, 13a. Theoph. I, 6. §. 4. In hoc autem consilio solos iudices fuisse tam ipsum nomen consilii probat (cf. L. Seruil. Cap. XVII, not. 2. XII, not. 29.) quam Vlpianus, ad legem Aeliam Sentiam, in L. 16. D. de manum. uind. (XL, 2.) „Illud in causis probandis meminisse *iudices* iubet;" et L. 1. C. de uindicta et apud cons. manum. (VII, 1.) „Imp. Antoninus A. Tertio. Eorum, qui apud consilium manumittuntur *post causam a iudicibus probatam* — status non solet in dubium uocari." Quae loca cum de iudicibus non de magistratibus agant, eorum quoque refellunt coniecturas, qui hoc consilium decemuiros litibus iudicandis fuisse censent. Vid. Raenardi Protribunal. c. 18. 19. Ger. Noodt de iurisd. et imperio I, 12. Ceterum secundum haec corrigi uelim, quae de differentia iudicum publicorum et priuatorum Gellii testimonio minus recte usus annotaui Cap. VI, not. 7.

Postquam ita tam inter leges repetundarum quam inter iudiciarias Seruiliae locum suum assignauimus, superest, ut accuratius de eius aetate dicamus. Rogauit autem eam C. ille Seruilius Glaucia, [84]) qui C. Marii socius cum L. Apuleio Saturnino ex eorum fuit numero, quos ille sextum Consul (654) indicta quidem causa [85]) sed uocibus populi eos interfici iubentis motus, [86]) siue interfici iussit, [87]) siue a populo in curia, in qua eos incluserat, iniectis tegulis interfectos non uindicauit. [88]) Glaucia eo anno Praetor erat, et ut Cicero ait [89]) Consul factus fuisset, si eius rationem habere licuisset. Quae cum ita sint, lex Seruilia lata esse non potest post sextum Marii consulatum; quin etiam huic ipsi anno plerosque falso eam adscribere, [90]) inde consequitur, quod ante Sullana tempora uix ulla lex popularis aliis quam tributis comitiis et alio magistratu quam Tribuno plebis rogante ferri potuit. [91]) Neque obstant Ciceronis quae uulgo ad contrariam sententiam firmandam afferuntur uerba; is enim cur Glauciam si eius omnino rationem habere licuisset consulem futurum fuisse crediderit, ita exposuit: „nam" inquit „et plebem tenebat et equestrem ordinem beneficio legis deuinxerat;" qui tamen ex his colligunt eo ipso anno Glauciam lege lata equestrem ordinem beneficio deuinxisse, nimium profecto scire uidentur. Quam ob rem Pighius [92]) legem Seruiliam C. Mario secundum Consule (649) latam esse credit, idque non caret specie, si modo tunc, quod ille dicit, Glaucia Tribunus plebis fuerit. Cum autem Pighio haud raro accidat, ut ex mera coniectura magistratus in annos distribuat, equidem donec de tribunatu Glauciae certior factus ero aetatem legis incertam relinquam, nisi quod inter consulatum Serrani et eius Caepionis, cuius legem Seruilia Glauciae priorem fuisse supra dictum est, et consulatum C. Marii VI. et L. Valerii Flacci (648 — 654) lata esse debet. Ceterum ex lege Seruilia Glauciae M. Aemilius Scaurus, M'. Aquillius, et P. Rutilius Rufus repetundarum accusati sunt.

Exposita sunt, Buttmanne, quae libro praemittenda uidebantur, neque quod adiiciam habeo, nisi hoc unum, siquid est in meo opusculo, in quo non plane perdidisse uidear operam in eo positam, id eorum consilio deberi, quorum

84) Cic. Brut. 62. „Longe post natos homines improbissimus C. Seruilius Glaucia, sed peracutus et callidus cumprimisque ridiculus. Is ex summis et fortunae et uitae sordibus — — — homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem ueteres Atticorum comoediae notauerunt." Cf. pro Rab. Post. 6. Liuius ep. LXIX. Aurel. Vict. de uiris ill. c. 73.

85) Nihil enim de Saturnino et sociis eius nominatim erat decretum. Cf. Cic. in Cat. III, 6. et Aur. Vict. l. c. 67.

86) Appian. B. C. I, 32.

87) Cicero ll. cc.

88) Appianus l. c.

89) Brut. 62.

90) Cf. Sigonius de iud. II, 27. Ernestius, in ind. legg. ad L. Seruil. Glauciae et Caepionis. Bachius, hist. iur. p. 170. et alii.

91) Cf. Cap. I. not. 1.

92) Annal. Romanorum T. III. Antv. 1615. p. 153.

***

ope adiutum, me quaecunque perfecerim perfecisse libenter confiteor. Ex his nominarem Sauinium, qui hac quoque in re summa cum humanitate et beneuolentia me doctrina sua et consilio frui passus est, nominarem Hauboldum, cui me opere peracto gratias agere non posse grauissime doleo, nominarem Hugonem, qui una cum hoc primus uirorum doctorum expectationem praeconio suo in opus nostrum conuertere dignatus est, si his uiris digno habita prodire scirem, quae eorum nominibus accepta fero. Ceterum quod multa Tibi minus elaborata et perfecta uidebuntur ita excusabis, me noluisse amplius in perpoliendo libro morari, ne quae meliora reddere uellem deteriora facerem; ipse enim bene scio, quantopere in huiusmodi conatu uerendum sit, ne ad extremum diuinando corrigendo restituendo plura renascantur quam reuera deperdita sint. Vale.

Scribebam Berolini id. Febr. MDCCCXXV.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 1. uers. 7. „CCCLXVIII." corrige: CCCCLXVIII.

Pag. 2. uers. 10. 11. „*no*||minsue" corrige: *no*||minisue.

Pag. 8. uers. 15. „petat" corrige: petet.

Pag. 20. not. 3. Miror, mihi non statim cum haec scribebam in mentem uenisse illa legis Thoriae (Vrs. I, uers. 6.) uerba „*EX.* LEGE. PLEBIVE. SCITO. QVOD. C. SEMPRONI. TI. F. TR. PL. ROG.," in quibus ea formula, de qua hic agitur, lex significatur quae dudum ante lata est.

Pag. 23. not. 7. Diserte de aetate iudicum agit Matth. Temmink in Fragm. legis Iuliae de iudiciis (Oelrichs, nou. thes. diss. Belgic. II, 2. p. 76.).

Pag. 23. not. 8. Conf. leg. Thor. I. Vrs. uers. 5. „QVOD. EIVS. IN. VRBEM. — EST." Sig. tacite correxit: VRBE. Item Fragm. Vat. ed. Berol. §. 75. „quosdam esse in *diuersam opinionem.*" Item Gaius in cod. ms. Comm. III, §. 56. not. 1. „quos Praetor in *libertatem* tuebatur" et §. 57. not. 11. „quae in *hereditatem* ciuium obseruantur." Multum quidem abest, ut haec inscitiae uel negligentiae librariorum tribui non posse contendam, nihilominus autem singula huius dictionis exempla e bonis codicibus diligenter colligenda uidentur, cum multo saepius ignaros librarios ad modum uulgarem correxisse probabile sit, quam contrarium.

Pag. 25. uers. 13. „αὗτῃ" corrige: αὐτῇ.

Pag. 35. not. 3. Cf. leg. Thor. Vrs. I. uers. 30. leg. Gall. Cisalp. XIX.

Pag. 35. uers. 3. „PRIM||IS" corrige: PRIM|IS.

Pag. 92. not. 5. Quem hic attuli Gaii locum (I, 29. 30.) hoc fere modo in integrum restitui posse suspicor: „si is aput quem causa probata est, id ita esse pronuntiauerit, tunc et ipse Latinus et uxor eius (*et filius*), si et ipse eiusdem condicionis sit, ciues Romani esse iubentur." In his uerba *et filius,* quae abesse non possunt et ab editore post *Latinus* inserta erant, transposui et *ipsa*, quod ob praecedens *uxor* librarius correxisse uidetur, mutaui in *ipse*. Ne autem quae editor proposuit, „si *ipsi — sint*" recipiamus, efficiunt quae sequuntur Gaii uerba §. 30. „Ideo autem in ipso filio adiecimus *si et ipse eiusdem condicionis sit,* quia si uxor Latini ciuis Romana est, qui ex ea nascitur, ex nouo senatusconsulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuis Romanus nascitur."

Pag. 93. uers. 14. *filio nati.* Cf. Gaius III, 2. 57. not. 12.

Pag. 94. not. 11. Quod ex Muratorii nouo thes. uet. inscr. II. p. 576. excitaui sanctionis exemplum, tam ex eis, quae hic exposuimus, quam ex ea sanctione, quae in lege de imperio Vespasiani imperatoris adiicitur, ex parte restitui, restitutumque hic subieci:

. . *Qui*RITIVM. COMPRENSVM . .
. . EORVM. QVI. QVOQVE. ANNO. INFERIARVM. . . .
. . *possessionem. d*ANDAM. ADTRIBVENDAM. CVRENT . .
*Pr. quei. inter. ceiues. ius. deic*ET. AOITO. FACITO. NE. [NE.] QVID. ADVERSVS. HANC. RO*gationem fiat.* . .
Seiquis. aduersus. hanc. rogationem. fecerit. SCIENS. D. M. EI. MVLTA. ESTO. HS. I$\bar{x}$I. EIVSQ PECVNIAM. *Quaestori. quei. aerarium. prouinciam. obtinebit.* POPVLI. IVDICIO. PETERE. VEL. IN. SACRVM. IVDICARE. LICETO .
Seiquis. aduersus. alias. rogationes. HVIVS. ROGATIONIS. ERGO. FECERIT. QVODVE. EX. EARVM. *rogationum. aliqua. eum. facere. oportebit.* NON. FECERIT. ID. EI. FRAVDI. MVLTAE. POENAE. NE. ESTO. *Nequis. hanc. rogationem. abrogato. neue. huic. ro*GATIONI. OBROGATO. NEVE. DE. HAC. ROGATIONE. DEROGATO . .
. . *poss*ESSIONEM. FACTVM. NON. ERIT. QVOD. ALITER. ROGATVM. *erit.* .
. . H. L. N. R.

Adscribit Muratorius haec: „Prope castellum Baschi ditionis Tudertinae in lamina aenea penes archipresbyterum Baschi, inuenta in alueo Tiberis. Misit Franciscus Maria comes Campelli."

Caput I.

De pecuniis repetundis in genere.

C. SERVILIVS. [a] *F. GLAVCIA. TR. PL. PLEBEM. IOVRE.* I.
ROG. PLEBESQVE. IOVRE. SCIVIT. TRIB. .... PRINCIPIVM. FVIT. PRO. TRIBV. .... PRIMVS. SCIVIT. DIC. COS.

a) Hanc nominis formam tuetur uetustior nostra lege inscriptio ap. Gruter. in Thes. inscr. p. CCCLXVIII, num. 5.; Sigonius temere dedit Seruelius.

C. Seruilius . F. Glaucia Tribunus plebis plebem iure rogauit I.
plebsque iure sciuit. Tribus .... principium fuit, pro tribu .... primus sciuit (1). *Dictator, Consul, Praetor, Magister equi-*

1) Praescriptionis legis formulam ad haec usque uerba ita fere iam Sigonius ex aliis quae aetatem tulerunt, legum exemplis satis notis restituit. Cf. Val. Probus de not. Rom. ed. Gothofr. A. L. L. p. 1475. Cicer. Philipp. I, 10. Brisson. de formul. lib. II. cap. 18. Ant. Augustin. de legg. cap. 6. Plura etiam de loco et tempore, quae addunt lex Quinctia (ap. Frontin. de aquaed. ed. Poleni. Patav. 1722. p. 214) et Valer. Prob. l. c., hic cum Sigonio praetermittenda censui, quippe quae in uetustioribus legum exemplis, uelut in plebiscito de Termessensium inmunitate (Sig. de jur. prov. I, 10 et Ursin. ad Ant. Aug. a. n. 15) et in auersa nostrae tabulae parte, in lege Thoria, non addantur. Paucula uero in Sigonianis erant mutanda. Primum enim cognomen Glauciae, a Sigonio omissum recipere non dubitaui: tribum cum Sigonio non adieci, quod mihi non satis persuasum erat eam fuisse Claudiam, uti Ant. Augustinus (l. c. in lege Seruilia) ex Asconio (in fragm. Ciceron. orationis Scaurianae) praeter librorum fidem collegisse uidetur: deinde Sigonius restituit *PR.* et mox *POP.*; correxi in *TR. PL.* et *PLEB.* Non enim ante Sullana tempora popularis aliqua lex praeter plebisciti formam ferri potuisse uidetur. Cf. Liv. III, 55. XX, 4. XXVII, 5. et infra Lin. XII. et legis Thoriae Lin. I. Inde aetas quoque huius legis paullo alia est ac uulgo fertur. Cf. Prolegom. Quod

PR. MAG. EQ. CENS. AID. QVEI. QVOI. CEIVEI. ROM.
(VIII. 1.) *SOCIVMVE. NO*||MINISVE. [b]) LATINI. EXTER|ARVMVE. NATIONVM. QVOIVE. IN. ARBITRATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIAV [c])||*E. POP. ROM. IN. ANNOS. SINGOLOS. PEQVNIAE.*
II. *QVOD. SIET. AMPLIVS*|||*HS. N..... ABSTVLERIT. CEPERIT COEGERIT. CONCILIAVERIT. AVORTERIT. DE. EA. RE.*

b) Sig.: *OM*INISVE. Vrs.: *M*IN. & in sched. Bluhmianis non nisi vestigium litterae *M.* legitur.

c) Deest *V* Sigonio.

tum, Censor, Aedilis (2) *qui alicui ciui Romano, sociúmue* (3) *no*||minisue Latini, exter|arumue nationum alicuiue in arbitratu, dicione, potestate, amicitiau||*e populi Romani in annos singulos* (4) *pecuniae*
II. *quod sit amplius*|||*HS. N. .....* (5) *abstulerit, ceperit, coegerit, con-*

attinet ad sententiam huius formulae praescriptionis legum, non est, qui nesciat, tribum principium in plebiscitis, ut curiam principium in legibus curiatis, (Liv. IX, 38.) eodem sensu dici solitam esse, atque in legibus centuriatis centuriam praerogatiuam. Cicer. Planc. c. 20. Phil. II. c. 33. Liv. XXVII, 22. XXV, 6.

2) Nihil fere in restitutione Sigonii erat mutandum; adieci solum *Censori Aedilem,* qui memoriae illius solum excidisse hoc loco uideretur; in linea enim seq. ille quidem magistratuum seriem inde a *Tribuno plebis* incipere fecit et tamen ipse in lin. VIII. inter *Censorem* et *Tribunum pl. Aedili* locum tribuit, quod etiam eodem seruato ordine in alio plebiscito factum uidemus (ap. Marinium in Act. et Monum. fratr. Arual. II, p. 568.), ita ut inconsulto Sigonium hoc loco Aedilem omisisse appareat. Initium uero ipsius legis, ut iam a Sig. refingitur, uix aliquis mutare tentet. Omnes enim leges populares incipere solebant per *Dic. Cos. Pr. Mag. Eq.,* ceterae pleraeque per *Queiquomque post h. l. rog.* ut docuit plebem ipse huius nostrae legis lator Glaucia, teste Cicerone pro Rab. Post. c. 6. Illud igitur legis popularis exordium Sig. sagacissime cum initio primae lineae ita coniunxit, ut equidem nihil in his mutare ausim.

3) Per secundum pluralis numeri casum ut est in L. Thoria lin. XXI: QUEI. CEIVIS. ROMANVS. SOCIVMVE. NOMINISVE. LATINI. caet.

4) Addidimus Sigonio *in annos singulos,* quod a certa pecuniae summa hoc loco abesse nequeat Cf. Lin. seq.

5) Sig. ut uidetur e L. 6. D. de lege Iul. repet. (XLVIII, 11.) praeter temporis rationem hoc loco posuit: *Centum aureorum.* Infra uero in Lin. XLVII habemus HS. N. CCCIↃↃↃ ideoque hoc quoque loco pecuniam non nisi per HS. N. descriptam fuisse apparet. Ipsam uero summam reponere non sum ausus.

EIVS. PETITIO. NOMINISQVE. DELATIO. ESTO. PR. QVAESTIO. ESTO. IOVDICIVM. IOVDICATIO. LEITISQVE. AESTVMATIO. QVEIQVOMQVE. IVDICIVM. EX. H. L. ERVNT. EORVM. H. L. ESTO. QVEI. TR. PL. Q. IIIVIR. CAP. IIIVIR. A. D. A. TR. MI||L. d) L. IIII. PRIMIS. ALIQVA. EARVM. FV|ERIT. (VIII. 2.) QVEIVE. FILIVS. EORVM. QVOIVS. ERIT. QVOIVS. PATER. SENA-

d) Sig. omittit hoc *L*, quod ex Vrsino reposui; in schedis I tantum superest.]

ciliauerit, auerterit (6), *de ea re eius petitio nominisque delatio esto, Praetoris quaestio esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio, quicunque iudicium ex hac lege erunt, eorum hac lege esto* (7). *Qui* (8) *Tribunus plebis, Quaestor, Triumuir capitalis, Triumuir agris dandis adsignandis* (9), *Tribunus mi*||litum legionibus quattuor primis aliqua earum (10) fu|erit quiue filius eorum alicuius erit, cuius

6) Sig. solum: *abstulerit*; reliqua abesse non possunt ob consuetam formulam pecuniarum repetundarum. Vid. inf. Lin. III, LVIII et restitutionem meam passim.

7) Haec omnia Sig. e Lineis III, IV, et VI, ubi iisdem fere uerbis eadem repetuntur, restituit. Correxi in iis nihil, nisi „quicunque iudic*ium*" pro „quic. iudic*um*" quod Sig. e falsa lectione lineae VI praeter sensum pluries in restitutionem intulit. Nos iuuant schedae et Vrsinus. Vid. infra Lin. VI. Iudicium de ipsis iudicibus simili modo dicit Val. Max. II, 10, 1. „tabulae — ad nomen inspiciendum *circa iudicium* ferrentur."

8) Nouam hanc magistratuum seriem, cuius finem etiam in ipsa tabula uidemus, a Tribuno pl. cum Sigonio incipere feci, non quia in Lin. XII et XVI eadem sequuntur: ibi enim de iudicibus agitur legundis: sed quia maiores magistratus a minoribus in ipso crimine — fortasse ratione summae pecuniarum repetundarum — hac in lege differre uidebantur.

9) Siglam A. D. A. quam et aliunde nouimus (cf. Gerhardi siglarium Romanum s. u. et Murator. Thesaur. inscr. CDLXXXVI, 4) ut dedimus explicandam esse nos docet munus huius magistratus, quod legitime continetur *dando* et *adsignando agros*. Brisson. de form. II. c. 26. Lex Thoria ex numeris inscriptionum Vrsini: I, Lin. 3, 5, 7. 42. IV, Lin. 11. V, Lin. 32. Ab agros *reddendi* munere quod passim Triumuiris tribuitur (L. Thor. I, Lin. 24. II, 4. IV, 10, 17. VII, 44.) nulla eis oritur denominatio.

10) Formulam: *aliqua earum* non satis intelligo equidem, quattuor uero primas legiones mihi explicuit Polyb. VI, 19. Tribunum militum legionib. quattuor primis simili modo cum reliquis magistratibus coniunctum recitat Cicero, e lege ut uidetur Cornelia, pro Cluentio c. 54.

TOR. SIET. IN. ANNOS. SINGOLOS. PEQVNIAE [e]) QVOD. SIET. AMP||LI*VS.* [f]) *HS. N....... DONO. MVNERE. NE. CAPIVNTO.*
III. *QVANTVM. PEQVNIAE.* ||| *IN. MAGISTRATV. POTESTATE. COVRATIONE. LEGATIONE. VEL. QVO. ALIO. OFFICIO. MVNERE. MINISTERIOQVE. PVBLICO. AB. ALIQVO. EORVM. VEL. AB. EO. QVEI. IN. POTESTATE. MANV. MANCIPIOVE.*
(VIII. 3.) *EIVS. SIET. QVO*||IVE. IPS*E*. PAREN*S*VE. [g]) SVOS. FILIVSVE. SV|OS.

e) Sig. perperam PEQ*V*VNIAE.

f) Sched. AMP.; Vrs. AMPL.; Sig. AMPLI.

g) In schedis: IPSEI. PARENTE. VE. (superscripto VE.) quam lectionem Vrs. confirmat et Sig. tacite correxisse videtur in IPS*E*. PARENTEVE. At non sufficit; dedimus *IPSE PARENSVE* ob sequens SVOS, quod firmatur infra Lin. LIX.

pater senator sit (11), in annos singulos pecuniae quod sit amp||*lius HS. N. ...... dono munere ne capiunto* (12). *Quantum pecuniae*|||
III. *in magistratu, potestate, curatione, legatione uel quo alio officio, munere, ministerioque publico ab aliquo eorum uel ab eo qui in potestate manu mancipioue eius sit* (13) *cu*||iue ipse parens-

11) Cur his uiris annumeretur senatoris filius, nec, ut pro Cluentio l. c. fit, senator ipse nescio. Neque enim omnino abesse potest senator neque ante magistratus uocari. Sauinius mecum beneuole suam de loco sententiam communicauit, ut iam non dubitem quin ante QVOIVS exciderit sculptori QVEIVE et VE post QVOIVS. Similia uel etiam maiora menda passim infra colligere licebit. Legendum igitur *„quiue cuiusue pater senator sit."*

12) Sigonianam restitutionem plano mutaui, quae neque cum exordio lineae neque cum spatio uacuo congruere uideretur. Est uero haec: ampli||*us aureorum C dono munere ab aliquo priuato acceperit quodque . . pequniae ab aliquo horum priuato alicui parentiue eius filioue eius quo*||iue caet. Quae reposui in sequentibus, recepi maximam partem e capite legis Iuliae rep. hinc inde illuc fortasse translati, quod nobis seruauit Marcian. in L. 1 D. de L. Iul. rep. (XLVIII, 11.) *„pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione vel quo alio officio munere ministerioque publico cepit."* Haec omnia abesse uix poterant.

13) A potiori in sequentibus ad haec saltem conclusionem facere nobis permisimus.

HERES. SIET. ABLATVM. CAPTVM. COACTVM. CONCILIATVM.
AVORSVMVE.[h]) SIET. DE. EA. RE. EIVS. PETITIO. NOMINISQVE.
DELATIO. ESTO. || *PR. QVAESTIO. ESTO.*[i]) *IOVDICIVM.*
IOVDICATIO. LEITISQVE. AESTVMATIO. ||| *QVEIQVOM.* IV.
QVE. IVDICIVM. EX. H. L. ERVNT. EORVM. H. L. ESTO.
QVO. EA. PEQVNIA. QVAE. AB. ALIQVO. EORVM. ABLATA.
CAPTA. COACTA. CONCILIATA. AVORSAVE. DICATVR.
PERVENERIT. AB. EO. SEI. QVEI. PETAT. DIXERIT. REO.
LITEM. NON. AESTVMATA||M. ESSE. VTEI. PETERET. DE. EA. (VIII. 4.)

h) AVERS. Sig. et Vrs.

i) Haec quoque verba Sig. exhibet quasi e tabula, obstant vero sched. et Vrs.

ue suus filiusue su|us heres sit ([14]) ablatum captum coactum conciliatum auersumue sit, de ea re eius petitio nominisque delatio esto,|| *Praetoris quaestio esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio*||| *quicunque iudicium ex hac lege erunt, eorum hac lege esto.* IV.
Quo ea pecunia, quae ab aliquo eorum ablata, capta, coacta conciliata, auersaue dicatur, peruenerit, ab eo, si, qui petat, dixerit, reo litem non aestumata||m esse uti peteret ([15]), de ea re

14) Cf. Lin. LIX.

15) I. e. si litibus reo aestimatis non inueniuntur omnia, uti sunt in petitione accusatoris, ab eo, quo ea pecunia peruenerit, petitio esto. Cf. infra Lin. LVIII et LIX. Sigonius hunc uersum omnino intactum reliquit et de capite *quo ea pecunia peruenerit*, quod disertis uerbis e lege Seruilia Glauciae nobis refert Cicero pro Rab. Post. c. 4., infra in Lin. XXIX. obiter sermonem fecit. Ibi uero de uadimonio agi post inueniemus, ex capite autem *quo ea pecunia peruenerit* reuera nouam delationem nominis nouumque iudicium opus fuisse satis constat ex ipso de Rabirio, quem Cicero defenderat, iudicio. Quamuis enim nominis delatio ex hoc capite appendicula quaedam causae iam iudicatae sit (Cicero l. c.) tamen nemo est qui dicat causam A. Gabinii et C. Rabirii in iudicio plane fuisse eandem. Inde etiam solummodo explicatur quod ex uoluntate Praetoris, quasi de novo ageretur iudicio, plane pependisse traditur utrum, causa prima iam iudicata, nomen ex hoc capite delatum recipere uellet necne. Cic. fam. VIII, ep. 8. „*Laterensis Praetor, postulante Pausania nobis* (Caelio) *patronis* quo ea pecunia peruenisset, recipere *noluit.*“ Quae cum ita sint hic in exordio totius legis aptissime rem collocasse mihi uisus sum.

RE. EIVS. PETIT|I|O. NOMINISQVE. DELATIO. ESTO. PR. QVAESTIO. ESTO. IOVDICIVM.[k]) IOVDICATIO. LEITISQVE.[l]) AESTVMATIO. QVEI. QVOMQVE. IOVDIC||*IVM. EX. H. L. ERVNT.*
V. *EORVM. H. L. ESTO. QVOIVS. EORVM.* ||| *NOMEN. DE. PEQVNIA. ABLATA. CAPTA. COACTA. CONCILIATA. AVORSAVE. DELATVM. SIET. SEI. EIBI.* |–| *RES. SEMEL.*

k) IVD. Sig. Item in fine lineae IVDIC.
l) LITISQ. Sig.

eius petit|i|o nominisque delatio esto, Praetoris quaestio esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio, quicunque iudic||*ium ex hac lege erunt,*
v. *eorum hac lege esto.* (16) *Cuius eorum*|||*nomen de pecunia ablata, capta, coacta, conciliata, auorsaue delatum sit si ei* |—| (17) *res*

16) Sigonius praeter ullum bonum sensum haec omnia restituit in hunc modum: *Quoius ea res abiudi*|cata — a|*pud Praetorem detulerit eius nomen Pr. recipito quodque ... de ea re* caet. ut supra. Ex iis, quae aetatem tulerunt, uidemus de triplici nominis delatione hoc loco actum: *primum*, ut uidetur, ubi res repetita reo iam sit adiudicata; Sigonii enim *abi*udicationem cum reliquis coniungere non possum; *deinde* ubi ante praeuaricationis causa nomen delatum fuerit; *denique* ubi accusator litem deseruerit; tunc enim eximebatur nomen alicuius de reis, ut docet Ascon. in Arg. Cicer. Cornel. I. Ex his tribus locis scimus alterum, de praeuaricatione, fuisse ita in lege Iulia publicorum, ut caueretur, ne prius accusaretur, „quam de prioris accusatoris praeuaricatione *constiterit et pronuntiatum fuerit.*“ Macer in L. 3. §. 1. D. de praeuaric. (XLVII, 15.). E contrario in tertio, de exemto rei nomine, loco, quem cum illo hic coniunctum uidemus, nouam nominis delationem uetari suspicans, nisi de calumnia eius qui litem deseruerit neque constiterit neque pronuntiatum fuerit, in hunc sensum utrumque locum restituere conatus sum. Eadem saltem ratio, quae de praeuaricatione illud caueri fecit, scilicet ne inutiliter iurgia augerentur, etiam aduersus nouam plane eiusdem rei accusationem, eum, qui accusatus quidem non autem iudicatus esset, tueri potuisse uidetur, si modo prior accusator de calumnia condemnatus esset. Haec habeo sed meliora non abnuam. De primo uero ex his tribus locis dicere non ausim lacunamque ideo intactam reliqui, cum mihi, quid lateret infra in Lin. LV. non ab omni parte explicare possem, nisiquis dixerit hanc adiudicationem eam legis sanctionem quodammodo spectare, quam exceptionem rei iudicatae tollere Lin. LV. disertis uerbis declarat.

17) Hoc modo qualemcunque lacunam indicare satius duxi, cum ipsum spatium uacuum e tabula quaerere liceat.

ADIVD||ICATA. [m]) ERIT. AVT. QVOIVS. NOMEN. PR|AEVARICA- (VIII. 5.)
TIONIS. CAVSSA. DELATVM. ERIT. AVT. QVOIVM. NOMEN. EX.
H. L. EX. REIS. EXEMPTVM. ERIT. SEIQVIS. [n]) EIVS. NOMEN.
A||*PVD. PR. DENVO. DETVLERIT. PR. NON. STATIM.*
RECIPITO. AST. VBEI. |—| ||| *VEL. DE. PRAEVARICATIONE.* VI.
NEC. DE. CALVMNIA. EIVS. QVEI. LITEM. DESERVERIT.
PRONONTIATVM. FVERIT. DE. PL||ANO. [o]) NOMIN||*IS. DE-* (XI. 1.)
LATIO. APVD. EVNDEM. PRAETOREM. ESTO. QVEI. PRI-
MVM. EIVS. VNDE. PEQVNIA. PETITA. SIET. NOMEN.
RECEPERIT. || QVAESTIO. EIVS. PR. ESTO. IOVDICIVMVE. IO|V- (VIII. 6.)

m) Ita sched.; Sig. et Vrs. omittunt I.

n) Ita Vrs. et sched.; Sig. SEI. QVIS. Omnino et hac in re non sibi constat scriptura tabulae; partim enelitice haec scribuntur, partim non.

o) Vrsin. NO. NOMIN.; Sig. omittit plane hunc uersiculum; litterae *A* uestigium habeo in schedis. Caeterum prioris etiam uersus uestigia, quae in sched. et in ed. Iac. Mazoch. repperiuntur: IV uel N non digna censui, ut reciperentur in textum.

semel adiud||icata erit, aut cuius nomen pr|aeuaricationis caussa delatum erit, aut cuium nomen ex hac lege ex reis exemptum erit, siquis eius nomen a||*pud Praetorem denuo detulerit, Praetor non statim recipito. At ubi* |—| ||| *uel de praeuaricatione nec de ca-* VI.
lumnia eius, qui litem deseruerit, pronuntiatum fuerit, de pl||ano nomin||*is delatio apud eundem Praetorem esto, qui primum eius, unde pecunia petita sit* ([18]), *nomen receperit* || quaestio eius Praeto-

18) Haec apposui, quod in sequentibus additum est, *eius* Praetoris, et quod ad nouum rem detrahi iudicium maioris dimicationis esse uidebatur.

DICATIO.[r]) LITISQVE. AESTVMATIO. QVEI. QVOMQVE.[q]) IOVDICIVM.[r]) EX. H. L. ERVNT. EORVM. H. L. ESTO.

p) IVD. Sig.; idem in seq. IVDIC.

q) Vrsin. non interpunxit *quei* et *quomque.*

r) Solus Sigonius IVDIC*VM*. Cf. supra not. 7.

ris esto, iudiciumue (19) i|udicatio litisque aestimatio, quicunque iudicium ex hac lege erunt, eorum hac lege esto.

Caput II.

Quando accusare liceat.

IS. EVM. VNDE. PETET. IN. IOVS. ED[a]) ‖ *VCITO. SVO. TEMPORE. SEIQVIS. SOCIVS. NOMINISVE. LATINI. EXTE-*
VII. *RARVMVE. NATIONVM.* ‖ *PETET. QVEIVE. IN. ARBI-*

a) Vestigia litterae D quae sunt in sched. confirmat lectio Vrsiniana et Sigoniana.

Is eum unde petet in ius ed‖*ucito suo tempore* (1). *Siquis*
VII. *socius nominisue Latini exterarumue nationum* ‖ *petat quiue in ar-*

19) Sculptoris errore VE additum indicabis, quod in hac formula nusquam appareat, nec ullam ob causam consulto addi posse uideatur.

1) Sig. nihil nisi haec: „ed‖*ucito nomenque deferto* . . . | . . Qu‖oius caet.“ Quae tamen cum loco nihil afferant lucis, nouam suscepimus rei explicationem restitutionemque. Videmus e sequentibus hic sermonem fuisse de nomine uel *ante* uel *post kal. Sept.* deferundo. Quosdam enim nonnisi ante kal. Sept. pecuniam captam repetere potuisse, uidere est e Lin. IX. Namque ibi iis tantum patronos dari praescribitur, qui eius nomen detulerint „*cuius — ante k. Sept. petitio esset*; patroni autem *dari* solebant non nisi sociis (Cic. diuin. Caecil. c. 20.): ciues enim nominare, quem uolebant poterant causae patronum. Quae cum ita sunt, socios sequitur ac peregrinos semper ante

TRATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIAVE. POPVLI. ROMANI. SIET. IS. EVM. VNDE. PETET. IN. IOVS. EDV-CITO. D||EQVE. [b]) EO. HOMINE. D||*EFERTO. NOMEN. ANTE.* (XI, 2.)
KAL. SEPT. SEI. CEIVIS. ROMANVS. SIET. ETIAM. POST. KAL. SEPT. DEFERRE. LICETO. QV||OIVS. EORVM. ITA. (VIII, 7.)
NOMEN. EX. H. L. POST. K. | SE [c])|PT. QVAE. EO. ANNO. FVE-

b) Vrs. et Sig. *D*EQVE. In ipsis tabulis iam nunc periit *D* et ex parte *E*.

c) SE Sig. et Vrs. In sequentibus lineis ubi hae lacunae itidem litteris ordinariis replentur, omnia constanter tam Sig. ita exhibuit, quam Vrs., quippe quibus tabula nondum ita fracta fuerit, ut periissent hae litterae. Itaque hoc seorsim in lineis seqq. monere supersedebo.

bitratu dicione potestate amicitiaue populi Romani sit (2), *is eum unde petet in ius educito* d||eque eo homine d||*eferto nomen ante kal. Sept.; si ciuis Romanus sit, etiam post kal. Sept. deferre liceto.* C||uius eorum ita nomen ex hac lege post kal. | Se|pt., quae eo anno fuerint, delatum erit, qui eorum eo iudicio condemnatus

kal. Sept. cuiusque anni nomen deferre debuisse, ut apparet, nequa causa sociorum uel prouincialium, re ipsa impeditior, semel suscepta in aliud protraheretur iudicium, quod alioquin, ob multifarias exeuntis anni ferias religionesque, facillime fieri potuisset. Leges postea Corneliae pleraque sustulerunt eorum, quae ante populares repetundarum iudiciorumque leges caute praescripserant; eapropter in causa Verrina, iudicio post kal. Sept. suscepto, Verris amici et sectatores facili negotio rem in alterum annum distulissent, nisi Tullii uigilantia uicisset illorum industriam. Cf. Cicero in Verr. act. I. c. 10. seqq. Silentio autem praeterire non possum me iam in hoc loco sollicitari quodammodo initio capitis, non solum quod ante ea uerba, quae inscriptionis causa posita feci, absit in tabula uacuum spatium, quod singula capita antecedere soleat: nam concedam fortasse hic ut alias solum in rerum distributione non autem in forma tabulae adesse novum caput: sed etiam quod totus hic locus incipiat per mirum et dubium illud IS. In hac uero difficultate manemus, siue nouum faciamus caput et illud IS quemcumque spectare dicamus cui aliquo modo, uti in toto capite primo uetitum sit,' pecunia ablata fuerit; siue haec uerba ad proxime referre uelimus praecedentia, in quibus etiam de pluribus agatur, qui nomen delaturi sint, quos tunc simul illud IS spectare necesse sit. Probabunt Tibi, si attendere uelis, nostram loci restitutionem, quae antecedunt, quae sequuntur: primo loco actum erat de pecuniis repetundis in genere, sequitur prius *accusare* quando liceat necne, deinde, ut uidebimus, *accusari* quando liceat necne. Ita optime alia ex aliis nexa uidebantur.

2) Hanc formulam e Lin. I. recepi.

RINT. DELATVM. ERIT. QVEI. EORVM. EO. IOVDICIO. CON-
DEMNATVS. ERIT. QVANTI. EIVS. REI. SLIS. AE‖*STVMATA.*
VIII. *FVERIT. TANTI.* |—| *SOLVTIO. ESTO. QVANTI.* ‖| *QVIS.*
EORVM. ANTE. KAL. SEPT. REDDERE. DAMNATVS. ERIT.
(XI, 3.) *TANTI.* |—| *SOLVTIO.* ‖ EIVS. ESTO. PR. QVEI. EX. H. L.
Q‖*VAERET. FACITO. QVANTVM. ITA. PEQVNIAE. ABLA-*
TVM. CAPTVM. COACTVM. CONCILIATVM. AVORSVMVE.
(VIII, 8.) *ESSE. IVDICAT*‖VM. ERIT. ID. VTEI. PRIVATO. SOLVATVR.
QVEI. | EORV|M. PETET.

erit, quanti eius rei lis ae‖*stimata fuerit, tanti* (3) |—| *solutio esto;*
VIII. *quanti* ‖| *quis eorum ante kal. Sept. reddere damnatus erit, tanti* |—|
solutio ‖ eius esto. Praetor, qui ex hac lege q‖*uaeret facito quantum ita pecuniae ablatum captum coactum conciliatum auersumue esse iudicat*‖um erit, id ut priuato soluatur, qui | eoru|m petet (4).

3) Ita iam Sig. restituere coepit, sed cum, quae simpliciter addit uerba *„reddere damnas esto"* nihil habeant, quod non ad omnem pecuniam captam pertineat, haec respuenda duxi. Meam quidem restitutionem iis, quae sequuntur, ita adnexui, ut lacunas relinquerem, quae utriusque, de quò agitur, loci discrimen recipere possent. Eas uero lacunas replendi periculum facere non ausus sum, cum praesertim de soluenda pecunia proprie sermo fiat infra Lin. LIX.

4) Sig. initium mutilati uersus XI, 3. omittens, totam lineam tanquam ex ingenio restituit: *Pr. quei ex h. l. quaeret facito quod iudicat*|um caet.; quod a me eatenus modo mutatum est, quatenus spatium uacuum plura desiderasse uidebatur. cf. Lin. III. et LVIII.

Caput III.

Quando accusari liceat.

DE. HEISCE. a) DVM. MAG. AVT. IMPERIVM. b) HABEBVNT.
IOVDICIVM. NON. FIET. DIC. COS. PR. MAG. EQ. ‖ *CENS.*
AID. TR. PL. Q. IIIVIR. CAP. IIIVIR. A. D. A. TRIB. MIL.
LEG. IIII. PRIMIS. ‖| *ALIQVA. EARVM. QVEIVE. IN. ALIO.* IX.
OFFICIO. SIET. IN. IOVS. EDVCI. NE. LICETO. AST.
QVEI. EX. ‖ EO. c) MAG. INPERIOVE. d) ABIERIT. QVOMIN‖*VS.* (X 4.)
EDVCI. LICEAT. NIHIL. IMPEDIMENTO. ESTO.

a) Sig. solus H*I*SCE.

b) Sig. et Vrs. L*V*P.

c) X. EO. Sig. et Vrs.; EO. Maz.; iamnunc in tabula haec corrupta et fere abstersa uidentur. In schedis Bl. est: ATO.

d) Sig. Vrs. et Maz. INPERIOQVE; retinui nihilominus lectionem quam in schedis repperi. Cf. infra Lin. LXXI. et LXXVIII.

De hisce dum magistratum aut imperium habebunt iudicium non fiet. Dictator, Consul, Praetor, Magister equitum, ‖ *Censor, Aedilis, Tribunus plebis, Quaestor, Triumuir capitalis, Triumuir agris dandis adsignandis, Tribunus militum legionibus quattuor primis* (1) ‖| *aliqua earum* (2), *quiue in alio officio sit* (3), *in ius educi ne* XI.
liceto. At qui ex ‖ eo magistratu imperioue abierit, quomin‖*us educi liceat, nihil impedimento esto* (4).

1) Ita Sigonius, haud dubie recte. Marinii plebiscitum (Act. et Monum. fratr. arv. II. p. 569.) eandem magistratuum seriem eodem ordine positam nobis exhibet: „DIC. COS. PR. MAG. EQ. CENS. AID. TR. PL. Q. III. VIR. CAP. III. VIR. A. D. A." Solus Trib. mil. additur in nostra lege e Lin. II, XVI, XXII. Hinc supra Lineae I. et II. a Sigonio nobisque restituta sunt.

2) Verba *aliq. ear.* exciderunt Sigonio.

3) Conf. restitutionem meam lineae III.

4) Sigonius iterum lineam 4. tab. XI. tanquam ex ingenio, in restitutionem suam intulit hoc modo: *in ius non educitor. Ast ubei ex eo* caet. In reliquis autem ut Sigonium relinquerem nihil me mouit.

Caput IV.

De patronis dandis.

(VIII, 9.) *DE. PATRONEIS. DANDEIS.* *QVEI. EX. H*||. L. PEQVNIAM. a) PETET. NOMENQVE. DETVLER|IT. Q|VOIVS. EORVM. EX. H. L. ANTE. K. SEPT. PETITIO. ERIT. SEI. EIS. VOLET. SI-

a) Sig. PEQVVNIAM.

De patronis dandis (1). *Qui ex hac* || lege pecuniam petet, nomenque detuler|it, c|uius eorum ex hac lege ante kalendas Septembres petitio erit, si is (2) uolet sibi patronos in eam rem dari Praetor

1) Hanc inscriptionem iam Sigonius e sequentibus in hac linea uerbis restituit, idque, tametsi plura in ceteris mutanda reliquerit, haud dubie recte. Omnia enim quae sequuntur ad *dandos* pertinere uidentur patronos, non ad eos, quos et quales sibimet ipse nemo quominus *nominaret* impediri poterat. Iis enim, qui neque pro se ipsi agere, neque aliis rem committere possent, sociis scilicet et peregrinis, olim quidem uenia publice data licuisse patronum sibi nominare (e. gr. ex SCto ap. Liv. XLIII, 2.), postea uero a Praetore, et in re dubia iudicio diuinationis, patronum causae et accusatorem *datum* esse notum est satis. Heinecc. Antiq. IV, 18. 18. cf. Cicero in diuinat. Caecilian. cap. 20. Ex hoc tandem legis nostrae loco supra damnum resarciendum censui (cf. cap. II, not. 1.), et illinc iterum facem nobis sumere ad hunc locum illustrandum coacti sumus. Is enim de quo hic agitur, cuius ante kal. Sept. petitio futura dicitur, non uidetur alius esse, quam qui a socio peregrinoue pecuniam abstulerit.

2) Plane nouam et ignotam hucusque pronominis formam EIS, ut est in tabula, pro IS in mendis habere non dubitarem nisi eandem iterum occurrere nobis uidissem infr. Lin. XXIV. („Tum eis Pr. facito"). Duobus his autem exemplis ita uidebatur firmata, ut eam iterum in textum (Lin. LXXXII.) et in restitutionem meam (Lin. LXXV.) recipere non haesitauerim. Enimuero accuratius examinata ea uulgarem quoque nobis explicat secundi et tertii singularis numeri casus formam: *ei|us* — ut Castor*us* antique dicebatur pro Castor*is* in plebiscito ap. Marin. in act. et monum. fratr. arual. II, p. 569. — et *ei|ei*, ut habemus infra in Lin. X. et XII. quod contrahebatur partim in *iei*, quod est in lege de Termess. immunitate (ap. Vrsin. ad Ant. Augustin. de legib. s. n. 15.), et in lege Galliae Cisalp. (Col. II. l. 30.) partim in *eii*, ut apud Plautum, partim in *ei* ut nobis est uulgatius. Verum alio quoque modo nostra inprimis tabula antiquiorem huius pronominis formam tuetur; nam etiam in pluralis numeri primo casu legitur passim *eis* pro *ei*. Ita enim scribitur huius tabulae lineis XXVI. (XI, 21) LVI. (XIV, 13.) LXVI.

BEI. PATRONOS. IN. EAM. REM. DAREI. PR. AD. QVEM. || *EIVS. NOMEN. DELATVM. ERIT. VNVM. ACTOREM. ET. QVEI. EVM. ADIVVENT.* ||| *ALIOS. SVBSCRIPTORES. FACITO. IN. CONTIONE. IVDICVM. INIVRATORVM. DVM.* || NEIQVEM. (XI, 5.)

ad quem || *eius nomen delatum erit* (3), *unum actorem* (4), *et qui eum adiuuent* ||| *alios subscriptores* (5) *facito in contione iudicum iniu-* X.
ratorum (6), *dum* || nequem eorum det sciens dolo malo, cui is, ||

(XIV, 23.) et ap. Marinium l. c. „*eis* iudices iuranto dieb. V proxumeis (in tab. mendose *proxum. eis*) et simili modo infra in Lin. XXVII. (VIII, 27.) *eisdem* pro *eidem*. Vtrum uero heteroclitica declinatio, quae est in pluralis numeri formis *ei, eorum, èis,* et in singularis numeri *eo*, eessauerit in hac forma, ita quidem, ut *eis* per compendium dictum sit pro *ei*|*eis*, sicut ceiu*eis* in hac tabula dicitur in primo casu (Lin. LXXVI, „ceiueis sunto;“ cf. Conr. Schneideri doctr. form. L. L. p. 238.), an uera secundae declinationis primi plur. num. casus forma olim fuerit *eis* pro *ei*, ut in nostra tab. scribitur CDLuir*eis* pro CDLuir*ei* (Lin. XIV.) gnat*eis* pro gnat*ei* (Lin. LXXVI.), acutiores uideant. Mihi quidem lis manebit sub iudice, cum in hac forma facile explicari queat mendum scalptoris, qui in tot uerbis incidere cogeretur litteram *s* finalem, quae auribus saltem uix diiudicari posset. Cf. Conr. Schneideri doctrin. element. L. L. tom. I, p. 346. seq.

3) Sigonius post haec uerba pergit: *facito utei det dum neiquem* caet. ut in XI, 5. est in tabula. Mihi tamen tam ipsa res quam uacuum spatium flagitare uidebatur, ut de iudicio diuinationis mentio iniiceretur, quod, quomodo ex eis, quae de hac re constant, fecerim, seorsim post defendam.

4) Cicero principem in agendo et accusando *actorem* uocat in diuin. Caecil. cap. 15. „Hic si tu (Caecilium alloquitur) eris *actor* constitutus totum iudicium sustinebit (Allienus).“

5) Subscriptio erat actus solemnis a quocunque accusatore praestandus, quo accusator sese, si crimen obiectum non probasset, in poenam obstringebat. L. ult. Cod. de accusat. et subscr. (IX, 2.) Plura inuenies apud Brisson. de form. lib. V, cap. 185. et ap. Constant. van Renesse de coërcit. accusator. cap. II, §. 2. in Gerh. Oelrichs Nouo thesauro diss. Belgic. Brem. 1771. tom. I. p. 591. seqq. In hanc autem subscriptionem iam antea accusator socios habuisse uidetur, siue ex amicis eligendos, siue a Praetore de populo addendos. „Tantane uobis inopia uideor esse *amicorum*, ut mihi non ex his, quos mecum adduxerim, sed *de populo* subscriptor addatur?“ Cicero in Diu. cap. 16. Ceterum „adiuuare accusatorem causidicos solere subscriptores“ Ascon. dicit in Cic. diu. cap. 15. Ipse Cicero de Caecilio Nigro ita loquitur: „uenit paratus cum subscriptoribus exercitatis et disertis.“ l. l. Horum quattuor tum fere necessarios fuisse in iudicio repetundarum, sequitur ex ipso quod attuli Ciceronis cap. 15. diuin.

6) Ascon. argum. in Cic. diuin. — „alii ideo putant diuinationem dici, quod *iniurati iudices* in hac causa sedeant.“

EORVM DET. SCIENS. D. M. QVOIEI. IS.‖*QVOIVS.*[b]) *NOMEN. DEFERATVR. GENER. SOCER. VITRICVS. PRIVIGNVSVE.*
(VIII,10.) *SIET. QVEIVE. EIEI. SOBRINVS. SIET. PROP*‖IVSVE.[c]) EVM.

b) In schedis quidem est: IS. CV.; vereor autem ne corrupta sit interea littera Q. Maz. enim. Vrs. et Sig. ad unum omnes habent Q.

c) IVSVE. Sig. et sched.; Vrsinus: *P*IVSVE.

cuius nomen deferatur (7), *gener*, *socer*, *uitricus*, *priuignusue sit*, *quiue ei sobrinus sit*, *prop*‖iusue eum ea cognatione attingat (8)

7) Recta quidem haec coniunctione aliqua teneri ratus, Sigonius lineam 5. tab. XI, hoc loco intulit in restitutionem suam, modus autem quo id peregerit magnopere eum fefellit; nullo enim rerum discrimine facto, ad uerbum ea, quae simili modo infra in Lin. XXII. de iudicibus legundis dicuntur, hic ubi de patronis dandis est sermo in hunc modum recepit: „dum. nequem — det — quoiei. is. *quei. petet.* gener. caet;" quasi patronus accusator cetera idoneus *clienti* quodammodo coniunctus a iudicio ullo modo arceri potuerit, nec potius et *cuius nomen deferatur* coniunctus accusator arcendus fuerit a iudicio peragendo! Et mitto quod Sigonius haud satis perspexisse uideatur, fere omnia, quae in sequentibus dicantur non tam de peregrinis, quam de ciuibus dici Romanis, cum tamen ex illius restitutione fere omnia eum respicere consentaneum sit, qui repetat pecuniam captam, quem hoc saltem loco ciuem esse non posse supra uidimus.

8) Ex omnibus eis conditionibus, quibus patronum una cum eo cuius nomen deferatur his uerbis lex uti uetat, tres, cognationem, affinitatem et patronatum, maximi in iure esse momenti, satis quidem constat: cum tamen, si ad rationem modumque accedamus, quo singulis in rebus singula haec definita constitutaque sint, mirum in modum omnia quamuis ualde distantia congruere inueniamus, non potest dubitari, quin horum in iure origo non uni uel alteri earum rerum in quibus occurrant, sit tribuenda, sed potius in latiori priorum temporum lateat usu, qui eum omnino tum hac in causa eandem fere rem ad uarios casus sensim sensimque extenderit. *Cognatio* enim, usque ad sobrinos hoc loco praefinita, non solum impedire infra (Lin. XXII.) dicetur, quominus aliquis, qui ea cum accusatore reoue teneatur, iudex fiat ex hac lege; sed eadem quoque est cognatio, quae exceptas faciebat personas in donationibus lege Cincia restrictis: ut iamnunc edocti sumus a Paullo in lib. LXXI. ad ed. ad Cinciam (in Fragm. Vatic. ed. Berol. §. 298. — 300.); eadem porro est cognatio, ex qua Praetor ex edicto Vnde cognati ad bonorum possessionem uocabat (Vlp. lib. XLVI. ad ed. in L. 1. §. 3. Vnde cognati. XXXVIII, 8); eadem deinde est cognatio quae ex lege Furia plus quam mille assium legatum aliquem capere posse faciebat (ut item nunc disertis uerbis dicitur in Fragm. Vatic. §. 301. cf. praeterea Vlp. Fragm. XXVIII, 7 et Prooem. §. 2.); eadem porro est cognatio, quae, si erat alicui cum reo in iudiciis publicis, hunc a testimonii praestandi liberabat officio, ex lege Iulia publicorum (ita e Paulli libro II. ad L. Iul. et Pap. traditur in L. 4 D. de testibus XXII, 5.) siue ex lege Iulia de ui (ut Vlpianus libro IX. de off. Proc. ad L. Iul. de ui publ. et priuat. tradit in Coll. Legg. Rom. et Mos. IX, 2.); eadem deinde est cognatio, quae ex lege Papia coniugibus (Vlp. XVI. 1.) uel etiam extraneis solidi dabat capacitatem

EA. COGNATIONE. AT*IN*GAT.[d]) QVEIV|E.[e]) EI|EI. SODALIS.

d) Sigonius AT*TIN*GAT.; Vrs. et sched. manifesto e tabula: AT*TII*GAT.; correxi AT*IN*GAT. ut scribitur infra Lin. XXIV. (XI, 19.).

e) Hanc lacunam, ut in lineis prioribus, ex Vrsino et Sigonio, qui tabulam etiam integram, nec uti nunc est in fragmenta ruptam, habebant, restitui; hoc autem loco Vrsinus a Sigonio diuertit, plane omittens uocem QVEIVE.

quiu|e e|i sodalis sit, quiue in eodem collegio sit (9), cuiaue in fide is

(cf. Cuiac. Parat. tit. C. de infirm. poen. caelib.), eadem quoque ut uidetur quae personas exceptas faciebat in lege Iulia uicesimaria (πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν Dio Cass. LV. p. 565.), eadem denique, quae ut coniunctae personae praeter poenam repetundarum pecuniam inuicem sibi dare possent faciebat ex lege Iulia repetundarum (L. 1. §. 1. D. de lege Iul. rep. XLVIII, 11.). Vbi certe in his locis differebat cognatio, minoris hoc fuisse uidetur momenti. Non loquor de eo, quod omnibus fere illis locis praeter nostram legem etiam de feminis cognatis sermo est, quae perspicue nostro loco omittuntur, sed quod passim cognatio in istis casibus sextum excedit gradum, dixerit fortasse aliquis, cognationem tunc non esse eandem: uerum hoc discrimen exactius examinatum fere euanescit. Scimus enim eos, quos quis in potestate manu mancipioue habeat ex iure Quiritium, ab hoc ipso non seiungi; consequens igitur est, ut lex Cincia hasce quoque personas exceperit (Fragm. Vat. §. 300.); praetorium autem ius, quippe quod ne emancipatos quidem a successionibus arceret, neque eos solos uocare poterat, qui in potestate essent, neque, ne difficilius fieret in cognatione definienda quam ius ciuile, omnes cognatos praeter sobrinum sobrinamue propioresue gradu a bonorum possessione arcere; itaque edicto praetorio potissimum tribuendum censeo, quod praeter sextum gradum ex sobrino sobrinaue nati nataeue cognatis annumerantur. Hoc modo multo mihi facilius res explicari uidetur, quam si cum uiris doctis hoc edictum e lege Furia exortum dicamus (cf. Hugo in. hist. iur. Rom. ed. IX, p. 492. et in eiusd. *Ciu. Mag.* tom. V. Schraderus pag. 172. sq.): haec enim lex, mutatione semel facta, facillime idem ad legata transferre poterat, quod ratione successionis per uniuersitatem iam constituerat ius praetorium. Quam mutationem a Praetore factam et tum in simili re lege Furia receptam, posterioribus temporibus etiam aliae leges agnouerunt, ut docemur exemplo legis Iuliae et Papiae. Cf. Vat. Fragm. §. 158. 216. Ne autem omnem hanc coniunctionem cognatorum ad sextum usque gradum recens quodammodo confectam suspiceris, inspicias quaeso locum, qui mihi dum scribo in manus uenit, Polybii (e lib. VI. ap. Athen. X, p. 440.), qui iam antiquissimum illum et mirum mulierum Romanarum morem cognatos osculandi ἕως ἐξανεψίων tantum obtinuisse narrat. Itaque tanquam rem communem certissimamque hanc cognationem descripsit Festus v. Sobrino et Cic. de offic. I, 17. Haec de cognatis: de *affinibus* uero similia eorum, quae hoc loco praescribuntur, inuenies repetita infra de iudicibus legundis (Lin. XXII.), in lege Iulia de testibus l. c., in lege Cincia (Frag. Vat. §. 302. ubi uero addendus est *gener*), et postremo in lege Papia Poppaea (cf. Hein. leg. Iul. et Pap. cap. 31.). Quae tamen de *patronorum et libertorum coniunctione* partim ex tabula, partim ex restitutione mea mox leges, simili modo ex lege Iulia (L. 4. cit. de testibus) et ex lege Cincia (Fragm. Vat. §. 307 — 309.) confirmantur.

9) Primo loci aspectu offendimur, cum disertis uerbis hic et infra (Cap. VIII.) collegia seiuncta

SIET. QVEIVE. IN. EODEM.*f*) CONLEGIO. SIET. QVOIAVE. IN. FIDE. IS. ERIT. MAIORESVE. IN. MAIORVM. FIDE. FVER*INT.*[g]) ‖ *QVEIVE. IN. FIDE. EVM. HABVERIT. QVOIVSVE. MAIORES. IN.*
XI. *FIDE.* ‖ *HABVERINT. EVM. MAIORESVE. EIVS. QVOIVS.*

f) Hic schedae e tabula annotant uacuum spatium.

g) Sig. in textu: FVER, ex restitutione: FVERint; Vrs. FVE*RIN*; schedae: FVER*IT.*; correxi ex sententia.

erit, maioresue in maiorum fide fuer*int*, ‖ *quiue in fide cum habue-*
XI. *rit, cuiusue maiores in fide* ‖ *habuerint eum maioresue eius, cuius*

uideamus a sodalitatibus, et nihilominus eidem utriusque uocabuli potestati in antiqua lingua (L. 4. D. de colleg. XLVII, 22.) assueuerimus. Sed cum sodalitates quidem ubique collegia, non autem omnia collegia sodalitates appellentur: omnes enim in muneribus publicis collegas collegium quidem facere notum est et tam de Pontificum, Augurum, VIIuirorum, XVuirorum, Aruspicum, quam de magistratuum, uelut Quaestorum, Tribunorum, Praetorum (Cic. in Verr. IV, 41.) Consulum (Liv. X, 22. Tac. ann. III, 31.) collegiis lexica satis exemplorum exhibent, hos autem omnes nunquam sodales uocatos esse perinde constat: ideo in nostro loco sodales non nisi priuatos socios, collegia non nisi publica illa dici, mihi persuasum est. Quaenam autem fuerint illae sodalitates priuatae, quibus tantum in iure tribuitur, quantum cognatis affinibus et patronis libertisque, haud facile dixerit, qui solum ad ea historiae Romanae tempora respexerit, quae nobis notiora sunt; quodsi ad priora Romanorum et ad Graecorum instituta redeamus, quae hac ipsa in re iam antiquitus coniuncta sunt a uiris doctis (L. 4. cit.), res non manet dubia. Scimus enim iam in XII de sodalibus nescio quo modo actum esse. Gaius lib. IV. ad L. XII tabb. ait: „Sodales sunt, qui eiusdem collegii sunt, quam Graeci ἑταιρίαν uocant. His autem potestatem facit lex pactionem quam uelint sibi ferre, dum nequid ex publica lege corrumpant." Cf. L. 4. cit. Plane rem peruertit Gothofredus (in L. XII tabb. restitutione), qui propter sodales aruales haec inter res agrarias (tab. VIII.) posuit; Gaius enim ita pergit l. c. „sed haec lex uidetur ex lege Solonis translata esse; nam illic ita est: Ἐὰν δὲ δῆμος, (ante Clisthenem, ut Romae de pagis et uicis agitur ante tribus Tullianas; Salmasius in defens. misc. cap. 4. Hesychii auctoritate motus δημοὶ emendat) ἢ φράτορες ἢ ἱερῶν ὀργίων, (recte Salm. l. c. emendat ὀργιῶνες) ἢ ναῦται (Herald. in obs. et emend. cap. 43. μύσται, Cuiacius in Obseru. VII, 31. e Basilicis μυσταὶ proponunt; contra Bynkershoek in Obs. I, 16. defendit uulgatam lectionem) ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι (perperam Salm. l. c. ὁμόγαλοι Arnald. in Var. coniect. II, 4. ὁμογάλακτοι, Herald. l. c. ὁμόκαπνοι suadent) ἢ θιασῶται (ut Romae sodales Titii: Tac. Ann. I, 54: uel sodalitates, sacris Idaeis Magnae Matris Quaestore M. Catone maiore receptae: Cic. de sen. 13.) ἢ ἐπὶ λείας (Petitus in leg. Att. V, 7. λεῖον, postea uero in Obseruat. II, 2. ἐπὶ αἰεὶ ἂν suasit) οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅ τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα." Plura eorum quae hoc loco a Gaio ex Atheniensium institutis cum Romanis comparantur, in etymologiis quoque reperimus, quarum periculum fecit Festus u. sodales: „una sedere" — „ex suo dapibus uesci soliti" (σύσσιτοι) — „quod inter se inui-

NOMEN. DEFERATVR. NEIVE. EVM. QVEI. Q‖VAESTIONE. IOVDICIO*VE.* [h]) PVBLICO. [i]) CONDEMNATV‖*S. SIET. QVOD.* (XI. 6.)

h) Schedae: VAESTIONE*M.* IOVDICIO*OVE*; eandem corruptionem exhibet Vrsinus, et hoc loco maiorem in describenda tabula fidem confirmans; initio solam apposuit litteram Q; Sig. et Iac. Mazochius correxisse uidentur in ea, quae nos quoque tametsi non tacite recipere non dubitauimus.

i) Vrs.: PVPLICO. Mox V finalis in hoc uersu deest ap. Maz.

nomen deferatur (10); *neue eum qui* q‖uaestione indicioue publico condemnatu‖s *sit, quocirca eum in senatum legi non liceat* (11), *neue*

eam suaderent, quod utile esset" (ὅ τι ἂν — διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους). Videntur igitur olim Romae fuisse sodalitates, quales Athenis erant ἔρανοι, quae fortasse, ut Atheniensium ἐράνοις erant praesides, ἐρανάρχαι, decreta, νόμοι ἐρανικοί, et propria iudicia, δίκαι ἐρανικαί (cf. Boeckhii oecon. publ. Athen. t. I. p. 264.), Romae proprio quodam utebantur iure et ita coniunctae erant, ut neque patronus neque iudex ex iis fieri posset reo sodali. Quae cur iis temporibus, quae notiora nobis sint, raro inueniantur (Verrius Flaccus rem non sui temporis explicat), facile intelligi potest ex Asconio in Cicer. pro Cornelio: „postea collegia SC. et pluribus legibus sunt sublata, praeter pauca atque certa, quae utilitas ciuitatis desiderasset;" et in Pison. „L. Caecilio et C. Marcio cos. (686; non igitur prius, ut falso contendunt Ant. Augustin. in leg. XII tab. §. 55. et Pitiscus Lex. Antiq. v. collegium) SC. collegia sublata sunt, quae aduersus rem publicam uidebantur esse; — — post nouem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius Tr. pl. lege lata restituit collegia." C. Iulius Caesar postea (Suet. in eius uita c. 42.) „cuncta collegia praeter antiquitus constituta distraxit." Itaque Fl. Iosephus Ant. XIV, 10. illum, κωλύοντα θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, Iudaeos solos retinuisse narrat. Augustus denique (Suet. in eius uita c. 32.) „collegia praeter antiqua et legitima (i. e. quae antea SC. et leges retinuerant) dissoluit." Ad haec ipsa collegia, simulque ad cognationem et affinitatem, ut supra, pertinent leges Licinia et Aebutia, de quibus disserit Cic. agr. II, 8. et Or. pro domo c. 20. Plura si quaeris de eranis Graecis uide quae colligunt Petitus l. c., Heraldus l. c. cap. 42. sq. Cl. Salmas. l. c. cap. 1. seq.; de Romanis pauca inuenies apud Cuiacium, Bynkershoekium, Arnaldum ll. cc. et apud Gutherium de iure pontif. I, c. 3.

10) Si rei libertus, ut dicitur in fine lineae 10. tab. VIII. accusatori patronus causae esse nequit, non est dubitandum, quin ne patrono quidem manumissori rei libertini eiusque maiorum licuerit causam aduersus libertum agere, propterea quod hoc casu non tam reuerentia impedimento fuisse uidetur, quam quod tam liberti quam patroni non satis seuere acturi uidebantur aduersus reum sibi quoquo modo coniunctum. Quae argumentatio firmatur comparatione legis Cinciae legisque Iuliae supra iam facta cf. not. 8. in fine. Sigonius intactam reliquit totam lineam.

11) Eadem uerba quae adduntur iisdem rebus Lin. XIII. „*quocirca — liceat*" hic apponere non dubitaui; Sigonius omisit. Priora autem, quae sunt in Lin. 6. tab. XI, a Sigonio tanquam ex ingenio adduntur; pergit ille deinde „*neiue. eum. queî.*" quae omnia recepi.

CIRCA. EVM. IN. SENATVM. LEGEI. NON. LICEAT. NEIVE.
(VIII,11.) *EVM. QVE*‖I. EX. H. L. IOVDEX. IN. EAM. REM. ERIT. NEIVE. EVM. QVE|I. E|X. H. L. PATRONVS. DATVS. [k]) ERIT.

k) DATVS omissum a Sigonio.

eum qu‖i ex hac lege iudex in eam rem erit, neue eum qu|i e|x hac lege patronus datus erit (12).

Caput V.

De patrono repudiando.

DE. PATRONO. REPVDIANDO. QVEI. EX. H. L PATRONVS. DATVS. ERIT. SEI. IS. MORI‖*BVS. SVSPECTVS. FVERIT. EIEI.*
XII. *QVEI. DE. PEQVNIIS. REPETVNDIS. NOMEN.* ‖ *DETVLERIT. ILLVM. REPVDIARE. LICETO. SEIQVIS. ITA. PATRO-*
(XI,17.) *NVM. SVSPECTVM. REPVDIAVERIT. T*‖VM. PR. QVEI. EX. H. L. QVAERET. ALIVM. PATRONVM. EIEI. QVEM. [a]) ‖ *PETIVE-*

a) Ita Sig. et Vrs.; nunc nihil nisi QVEI legitur in tabula.

De patrono repudiando. Qui ex hac lege patronus datus erit, si is mori‖*bus suspectus fuerit, ei, qui de pecuniis repetundis no-*
XII. *men* ‖ *detulerit, illum repudiare liceto. Siquis ita patronum suspectum repudiauerit, t*‖um Praetor, qui ex hac lege quaeret, aliam pa-

12) Videlicet in alia causa, nequis plurium de pecuniis repetundis causarum simul patronus fiat.

RIT. DATO. DVM. NEIQVEM. EORVM. DET. DE. QVIBVS. SVPRA. SCRIPTVM. EST.

tronum ei, quem || *petiuerit dato* (1), *dum nequem eorum det, de quibus supra scriptum est*

Caput VI.

De CDLuiris ad iudicia primi legis Seruiliae anni in album legendis.

DE. CDLVIREIS. IN. HVNC. ANN||VM. a) LEGVNDIS. (VIII, 12.)
PR. QVEI. INTER. PEREGRINOS. IOVS. DEICET. I|S. I|N. DIEBVS. X.

a) In schedis ante VM sunt uestigia litterae *M* uel *N*; si perierit M, restituendum uidetur: *IN. ANNVM. PROXI*|MVM.

De CDLuiris in hunc ann||um legendis (1). Praetor, qui inter peregrinos ius dicet (2), i|s i|n diebus X proximis, quibus hanc

1) Non nimis mihi audacter iudicare uideor, cum Sigonium hunc locum omnino non intellexisse contendo; is enim deleto initio uersus 7. tab. XI. ita restituit: *„si is mori|etur, Praetor — alium ei quem petiuerit dato."* Quid enim? Totone in capite de repudiando patrono ne uerbo quidem sermonem fuisse dicamus de repudiatione, sed praescriptum ut mortuo priore patrono alius fieret in mortui locum? Ineptior haec fuerit sententia, quam ut pluribus refutetur. Deflectere igitur paullulum de ea uia, in quam Sigonius se dederat, nouamque suscipere restitutionem opus erat; et mihi quidem ueri simillimum uidebatur, *moribus suspectum* patronum prae ceteris peregrino repudiare licuisse. Plura uero in re tam ardua, ut omnibus destituti simus de illa testibus, diuinare non ausus sum, praeterquam quod in fine loci uacuum spatium iis explerem uerbis, quae ipsa non egerent defensore.

1) Hoc et sequens caput disserunt de iudicibus publicis a Praetore in annuo albo constituendis; quae res, inde a Gracchorum temporibus ad Octauiani usque, contrario optimorum et popularium studio, per plures leges uario modo mutata, nihiloque minus raris modo ueterum auctorum testimoniis nobis firmata, non parum difficultatis habet. Quae itaque de ea re haec tabula nobis seruauit, grato animo accipienda sunt; eoque magis, quod fors ita tulit, ut, cum duobus locis eaedem praeter initium res iisdem uerbis propositae sint, unum caput ad uerbum fere ex altero restitui pos-

PROXVM. QVIBVS. H. L. POPVLVS. PLEBESVE. [b]) IOVSERIT. FA-
b) PLEBSVE. Vrs.

legem populus plebsue iusserit ([3]), facito ut CDLuiros ([3*]) legat, qui

sit, id quod Sigonium plane fugisse uideo. Is autem, licet haec non satis perspexerit, tamen, uestigia ueteris scripturae persecutus, omne utriusque capitis discrimen non prorsus transmisisse uidetur; recte enim restituit posterioris capitis inscriptionem „de CDLuiris quot annis | *legundis*," et in priori capite, cuius initio de iudicibus in diebus X proximis, quibus haec lex lata fuerit, legendis disseritur, inscripsit „*de CDLuireis in eum ann*|um legundis"; cum tamen hoc modo neutiquam lex loqui possit (in utroque enim capite sermo est de in *eum* annum lectis, Lin. XIV. et XIX.), correxi ex ipsius Sigonii, ut mihi uidebar, sententia: in *hunc* annum. Quibus uero ex causis primo huius legis latae anno aliter ac sequentibus annis iudices lectos fuisse censeam, infra demum (cap. VII, not. 1.) explicandi erit locus; nunc autem, priusquam singulas aggrediamur res, remitti nobis non potest, ut uideamus, quomodo quae in tabula nostra dicantur cum iis congruant, quae de eisdem rebus aliunde ad nostram peruenerint scientiam. Tritissima enim maximeque uulgata est narratio, Gracchorum legibus iudicia senatui ademta equestri ordini tradita fuisse, eumque illa fere retinuisse ad Sullam usque. Ipsam quoque legem Seruiliam Glauciae, ut notum est, Cicero diserte testatur equestrem ordinem beneficio iudiciorum obstrinxisse. Cf. fragm. orat. pro Scauro ibiq. Asconius et Brut. cap. 62. Nihilo autem minus mentionem quamcunque de equestri ordine in nostra tabula frustra quaerimus, cum in utroque hoc capite, quamquam ita restitui potest, ut notitiam aliquam rei deperditam esse uix aliquis suspicetur, tum in reliquis legis fragmentis; nam etiam infra in Lin. LXXV., ubi sunt qui scribant EO. EQ. IOVDICIO, eam lectionem corruptam esse uidebimus. Immo prorsus ne potuisse quidem ex hac lege equitibus iudicia tradi existimo, nisi plane inania iudicare uelim, quae de excludendis senatoribus iubentur. Itaque in mentem mihi uenit disertis uerbis nunquam iudicia equestri ordini commissa fuisse, sed leges populares equitibus modo prae caeteris occasionem praebuisse, ut, si Asconii (in Ciceron. Cornel.) uerbis uti licet, in iudiciis dominarentur; idque iam C. Gracchi legibus eo effectum esse, quod senatui saltem iudicia, quibus ille apertissima fraude in fauorem optimatium, Aurelii Cottae, Salinatoris, et M'. Aquilii indignum se fecisset (cf. Appiani B. C. I, c. 22.) eriperentur, id quod etiam in nostra lege factum infra uidebimus (NEIVE. EVM. QVEI. IN. SENATV. SIET. FVERITVE.). Cum enim iudicia cuilibet de populo permitterentur — ita interpretor nostrae legis de albo iudicum uerba „*PRAETOR. IVS. POTESTATEMQVE.* SCRIBVNDI. QVEI. VOLET. FACITO." — consequens consentaneumque erat, ea uenire ad equites, qui, publicanorum munere diuitiores, eoque ad gratuita iudicia proniores facti, et ob id ipsum munus magistratibus praesertim prouinciarum infensiores, prae caeteris ad horum iudicia properaturi essent. Haec hactenus; plura in Prolegomenis de his rebus disserenda fuerunt. Totum hoc legis caput recepit Fr. C. Conradi in Parerga. Helmst. 1740. 8. p. 35; nihil autem praeter Sigoniana attulit ad rem illustrandam.

2) De hoc Praetoris peregrini officio uid. Cap. VII. not. 1 et Conradi l. c.

3) *Legem iubere* de populo dici non miraberis: cf. Cicero pro Balbo cap. 27 et de orat. I, 14; quodsi quaeris, cur uoci *populus* additum sit *plebesue*, cum tamen constare debuisse uideatur, utrum haec lex a populo an a plebe iuberetur, monendum est, hoc dictum esse ex consueta in le-

CITO. VTEI. CDLVIROS.[c]) LEGAT. QVEI. IN. HAC. CEIVIT||[d]) *ATE. IN. EVM. ANNVM. QVO. H. L. POPVLVS. PLEBESVE. IOVSERIT. IOVDICENT.* ||| *DVM. NEIQVEM. EORVM. LEGAT.* XIII.

c) Apud Vrsinum uideo hic et ubique in sequentibus interpunctum esse inter CDL et VIR., et inter III et VIR. A schedis hoc non firmatur nisi in Lin. XV. XVI. XX. (tab. XI, 10. 11. 15.) et XXI (tab. VIII.); secutus igitur sum schedarum auctoritatem.

d) Vrs. CEIVI.

in hac ciuit|*ate* (4) *in eum annum, quo hanc legem populus plebsue iusserit, iudicent,* ||| *dum nequem eorum legat, qui Tribunus plebis,* XIII.

gibus scribendis formula, quam bis in lege Galliae Cisalp, Col. I, Lin. 28. et 29. (EX. LEGE. RVBRIA. SEIVE. ID. PL. VE. SC. EST.), itemque bis in plebiscito ap. Marinium in Act. et Monum. fratr. arual. II p. 569. (EX. HAC. LEGE. PLEBEIVE. SCITO.) inuenimus; cuius originem non nisi illis temporibus tribuam, in quibus a plebe tribus saltem legibus Valeria Horatia, Publilia Philonis, et Hortensia (taceo de Publilia Voleronis), plebiscitis par cum populiscitis auctoritas concedenda erat, ne patrum inuidia iterum atque iterum plebi concessa iura impugnaret. Illis enim temporibus opem plebi aliquam ferre poterat, si etiam in omnibus plebiscitorum formulis discrimen a populiscitis quodammodo tolleretur; postea uero haec formula obsoleta cum multis aliis in lingua publica retinebatur. Scio equidem nuper uirum doctum (G. F. Puchta Civil. Abhandl. Leipz. u. Berl. 1823. p. 75) illum legis Galliae Cisalp. locum alio modo explicuisse, quasi haec uerba, errore fortasse, remansissent in lege perlata ex praeuia promulgationis recensione, ubi incertum adhuc fuisset, utrum populus legem promulgatam iussurus esset an plebs; sed ille ignorasse uidetur rem fuisse in formula, et praeterea uix cuiquam persuaserit, lege aliqua promulgata, praesertim a tribuno plebis, cui soli cum plebe ius erat agendi, incertum mansisse utrum in tributis illa an in centuriatis comitiis perferretur.

3a) Numerus iudicum publicorum in albo quotannis constituendorum non idem fuit omnibus temporibus. Omissa enim lege Sempronia, de qua fere omnia quae traduntur dubia nobis sunt (cf. Prolegom.), ex lege Liuia DCuiros propositos esse constat ex Appiano (B. C. I, cap. 35); ex lege Plautia deinde „tribus singulae quinos denos ex suo numero creabant suffragio, qui eo anno iudicarent" (Ascon. in Cicer. or. pro Cornel. maiest. reo); creabantur igitur DXXVuiri, seu DCXLVuiri, prout XXXV solum aut iam XLIII tribus creasse dicamus. Immo uero ex lege Pompeia DCCCL iudices legebantur. Cic. ad Attic. VIII, 16. Quae cum ita sint, consulto Glaucia minorem proposuisse uidetur numerum, ne praeter equites alii quoque iudices in album reciperentur.

4) Sigonius ita restituit: „quei. in. hac. ceiuit|*ate. iudicent. dum. neiquem. eorum. det.* || *(dolo.) malo.* reliqua omnia usque ad uerba: *neiue. quei. quaestione.*" plane omittit. Quae nos posuimus paene omnia repetita leguntur infra, Lin. XVI, nisi quod e praecedentibus addidimus: „*in eum annum, quo hanc legem populus plebsue iusserit,*" quae, si rectê locum perspeximus, abesse nequaquam poterant. De magistratuum serie plura dicemus ad illum locum, ex quo huc translata est.

QVEI. TR. PL. Q. IIIVIR. CAP. TR. MIL. L. IIII. PRIMIS.
(XI, 8.) *ALIQVA. EAR*‖VM.[e]) *IIIVIR.* A. D. A. SIET. FVERITVE. QVEI.
VE.[f]) IN. SENATV. SIET. FVER*ITVE.*[g]) QVEI‖*VE. MERCEDE.*
ALIQVA. CONDVCTVS. SIET. QVEIVE. QVAESTIONE. IV-
(VIII, 13.) *DICIOVE. PVBLICO. CONDE*‖MNATVS. SIET. QVOD. CIRCA.
EVM. IN. SENATVM. LEGEI. NON. LICEAT. | QVEIVE. MINOR.
ANNEIS. XXX. MAIORVE. ANNOS. LX. GNATVS. SIET. QVEIVE.

e) In sched., ap. Vrs. et Maz. est VM; apud Sig. *R*VM., omnibus autem deest *IIIVIR*, quod ob sequens A. D. A. apponere non dubitaui.

f) Ita sched.; Sig. et Vrs. QVEIVE.

g) In sched. et ap. Maz. FVERINT. EIE.; ap. Vrs. FVERINT. EIEI.; ap. Sig. FVERITVE. EIEI. Accedo schedis et Maz. et EIE corruptum esse ex VE suspicans corrigo FVERIT*VE* ut est in Lin. XVI.

Quaestor, Triumuir Capitalis, Tribunus militum legionibus quattuor primis aliqua ear‖um, *Triumuir* agris dandis adsignandis sit, fueritue, quiue in senatu sit fuer*itue*, qui‖*ue mercede aliqua conductus sit* (5), *quiue quaestione iudicioue publico conde*‖mnatus sit, quocirca eum in senatum legi non liceat (6), | quiue minor annis XXX, maiorue annos LX

5) De uerbis „quiue mercede aliqua conductus sit," huc ex Lin. XVI. relatis, uid. Cap. seq. not. 7.

6) Ita iam Sig. restituit ex iis, quae supra de patronis dicta sunt, nisi quod pro QVEIVE, quod nos e seq. recepimus, posuit NEIVE. QVEI. Omnem autem locum egregie illustrat Tab. Heracl. Lin. 11ª (44 tab. II. ap. Al. Symm. Mazoch. in comment. ad Tab. Heracl. p. 423.), ubi lex plures enumerat, qui in municipalem senatum legi arcentur, et in his — „QVEIVE. IVDICIO. PVBLICO. ROMAE. CONDEMNATVS. EST. ERIT. QVO. CIRCA. EVM. IN. ITALIA. ESSE. NON. LICEAT. NEQVE. IN. INTEGRVM. RESTITVTVS. EST. ERIT." Miror solum ibi seiunctionem QVO. CIRCA. pro ea, quae est in nostra tab. QVOD. CIRCA, quae aptior uidetur ad ueram uocabuli originem," quamquam non ignoro, Horatium scripsisse in Serm. II, 6, 95. „quo, bone, circa Dum licet in rebus iucundis uiue beatus."

IN. VRBEM. ROMAM.[h]) PROPIVSVE. V‖ *MILIA.*[i]) *PASSVVM. VR-BEM. ROMAM. NON. HABITET. QVEIVE. EIVS. QVEI. IN. SENATV.*‖ *SIET. FVERITVE. PATER. FRATER. FILIVSVE.* XIV.

h) Sig. tacite emendat VRBE. ROMA.

i) Apud Sig. desinit tabula in V, cuius uestigia sunt in schedis; Vrs. addit M.

natus sit (7), quiue in urbem Romam (8), propiusue V‖ m*ilia passuum urbem Romam non habitet* (9), *quiue eius, qui in senatu*‖ *sit, fue-* XIV.

7) De legitima iudicum aetate multum uideo disputatum a multis. Vid. Sigon. de iudic. II, 6. Caiacii Obs. XVII, 34. XXI, 32. Bynkersh. Obs. VI, 18. Krebs de decuriis iudic. in eiusd. opusc. acad. Lips. 1778. p. 95. Intpp. ad Sueton. Octauian. cap. 32. De anno sexagesimo plura, praeter ea quae hic docemur, inuestigare frustra conatus sum, loco autem tricesimi anni, quem nostra etiam praescribit lex, apud omnes quos citauimus praeter Sigonium, id constare inuenimus, ante Augusti tempora, lege Seruilia iam mutata, non tricesimum sed uicesimum quintum, post illum autem uicesimum annum fuisse legitimum. Vt haec firmentur apud Suetonium l. c. ad unum omnes quos nouimus interpretes, Cuiacio praeeunte, numerum XXX, qui est in libris, mutant in XX, auctoritate moti legis 41 D. de recept. (IV, 8.), in qua Callistratus ex lege Iulia (quanam? uid. Brisson. select. antiq. IV, c. 7.) annum XX iudicibus praescriptum refert. At quae Callistratus saltem de aetate disputat non nisi ad priuatos pertinent iudices: priuatos autem iudices postea quidem a publicis plane diuersos fuisse nobis persuadet Gellius XIX, 2., qui se ipsum in iudices lectum narrat, ut *„iudicia, quae appellantur priuata"* susciperet, neque dubito quin multo id magis fuerit temporibus liberae rei publicae. Valde itaque cauendum puto, ne de hoc legis Seruiliae capite mutato temere coniecturis indulgeamus.

8) Ne putes his uerbis mendum inesse. Vt enim Graeci praepositiones *εἰς* et *ἐν* similesque contrarias saepe permutant, ita olim Latini *in* cum quarto casu saepe coniungebant, ubi grammatici sextum flagitant. Hoc ab optimorum scriptorum lingua non abhorret. Apud Caesarem (B. C. I, 25.), Liuium (II, 14.), Ciceronem (p. L. Man. 12.) legimus *in potestatem habere* uel *esse;* apud Liuium (VI, 2.), et Ciceronem (Diu. Caec. cap. 20.) *in amicitiam, dicionemque P. R. esse;* apud Liuium porro VI, 21. in optimis libris *in senatum* pro *in senatu;* sic *in publicum esse, in possessionem esse* dici obseruat Io. Fr. Gronou. ad Liu. II, 14. Plura sed minus certa exempla afferunt, qui de hac re disputant I. A. Goerenz in Cic. de Leg. III, 17. ubi meliores libri exhibent „quae *sit in potestatem* optimorum," et I. A. Ernesti in Clau. Cic. s. u. *in.* Noster autem in tabula locus eos refellit, qui dicant hunc loquendi usum non fuisse nisi in rebus ciuilibus et in iure. Drakenb. in Liu. VI, 22. Zumptii Gramm. Lat. §. 65. ed. 3. p. 246. Extra dubium ponit nostrum locum Tab. Heracl. Lin. 50. ubi legimus in ipsa tab. IN. VRB*EM.* PROPIVSVE. VRBEM. ROM. caet.; Mazochius temere correxit IN. VRB*E.*

9) Sigonii „propiusue. u|*rbem. Romam. V. mil. pass. non. habitet.*" paullulum modo mutaui; quod litteram M iam e tabula nobis exhibet Vrsinus; *urbem Romam* retinendum arbitrabar

(XI, 9.) *SIET. QVEIVE. TRANS. MAR*‖E. ERIT. QVOS. LEGERIT. EOS. PATREM. TRIBVM.[k]) COGNOMENQVE. IOVDICET. Q‖*VEI. A. PR. QVEI. INTER. PEREGRINOS. IOVS. DEICET. VTEI.*
(VIII, 14.) *SCRIPTVM. EST. EX.* ‖ H. L. CDLVIREIS.[l]) IN. EVM. ANNVM. LECTEI. ERVNT. EA. NOMINA. OM|NIA. IN. TABVLA.[m]) IN. ALBO. ATRAMENTO. SCRIPT*OS*.[n]) PATREM. TRIBVM. COGNO-

k) In sched. TRIB*VN*VM, quod firmat etiam Iac. Maz.; corrigendum nihilominus putabam ut Sig. et Vrs. quamuis non tacite. Eadem redeunt in fine huius lineae.

l) Ita Vrs. et sched.; Sig. ex correctione, ut uidetur, CDLVIR*EI*. Cf. cap. IV. not. 2.

m) Verba IN. TAB. exciderunt Sigonio.

n) In tabula est SCRIPT*ES*, testibus schedis et Vrsino; Sig. ut nos correxit SCRIPT*OS*, nullo modo sollicitatus illa coniunctione grammatica „ea nomina — scriptos." Con-

ritue, pater, frater, filiusue sit, quiue trans mar‖e erit (10). Quos legerit, eos, patrem, tribum, cognomenque iudicet (11). Q‖*ui a Praetore, qui inter peregrinos ius dicet, uti scriptum est* (12) *ex* ‖ hac lege CDLuiri in eum annum lecti erunt, ea nomina om|nia in tabula, in albo, atramento script*os*, patrem, tribum, cognomenque, tributimque

e Lin. XVII. (XI, 12). Rem autem ipsam firmat tum quam modo attuli lectio Vrsiniana, tum quod urbis Romae imperium ad hosce fines usque uel lege Plautia lata mansit. Coll. leg. Rom. et Mos. I, 3. (ex lege Cornelia); Tab. Heracl. Lin. 50. 67. 68. 69. 77. (tab. II, 3.).

10) Haec omnia ad uerbum e Lin. XVII. in lacunam intuli. Sigonius, nunc demum ante omissum lineae antecedentis frustum (XI, 8.) inserens, usque ad initium lineae 14. tab. VIII. ita restituit: *„queiue. tr. pl. Q. IIIuir. Cap. IIIuir. A. D. A. Tr. mil. l. IIII. primis. aliqua. earum. IIIuir. A. D. A.* (sic!) *siet. fueritue.* (queiue?) *in. senatu. siet. fueritue. queiue. mercator. siet. fueritue. quei. ex* ‖ h. l. caet." Admodum peruerse. Quid senserit Sigonius de utriusque tabulae coniunctione, cum, quinis utriusque uersibus e regione positis, nunc statum ordinem reliquerit, uideant alii, ego non possum.

11) Vt mihi quidem explicui: uideat Pr. nequis eorum, qui ad iudicia ueniant, falso patrem, tribum, cognomenue supponat. Quamquam confiteor me *iudicandi* uocabulum hac significatione quodammodo offendisse.

12) Infra (Lin. XVIII. in f.) loco eorum, quae hic ex ordine rerum desiderantur, in tabula legitur: „Quei. ex h. l. in eu|*m. annum.* caet.," perspicue eorundem initium, quorum finis hic mox sequitur, transposita solum oratione. Vacuum, quod hic supererat spatium, ut replerem, talia modo inserui, quae per se saltem facile defendi possent.

MENQVE. TRIBVTIMQVE. DESCRIPTOS. HAB‖*ETO. EOSQVE. PROPOSITOS. SVO. IN. ALBO. SERVATO. SEI. NIHIL. EX. HIS. OBSTAT.*‖ *QVOMINVS. IN. CDLVIROS. LEGATVR. PR. IOVS.* XV.
POTESTATEMQVE. SCRIBVNDI. QVEI. VOLET. FACITO. PR. (XI, 10.)
QVEI. EX.[o]) ‖ H. L. CDL. VIROS.[p]) LEGERIT. FACITO. RECITENTVR. IN. CONTIONE. IVRATOQVE. SESE. ‖ *EOS. EX. H. L. LEGISSE. DE. QVIBVS. SIBEI. CONSVLVERIT. ITA. VTEI. IV-*

firmat hanc emendationem, quod sequitur *descriptos* et quod praecedit, *qui — lecti erunt*, quibus iam non satis aptum est *ea nomina;* sed ita tam Graeci quam Latini saepenumero ex sensu non ex uerbis coniungunt; quod inprimis obseruare licet, ubi sequitur pronomen relatiuum. Cicero ad Diuers. I, 9. de Clodio scribit „*furia, qui.*" Plaut. Most. I, 3, 87. „*quam* patronum" cf. Gronou. in h. l. Sic Demosthenes de Midia (or. in eum p. 552 R.) scribit „ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς αὕτη κεφαλὴ, ἐξεληλυθώς." Est enim hoc loco *ea nomina* dictum pro „*eos CDLuiros nominatim.*" Minus quadrant quae sequuntur; caue enim putes *patrem*, *tribum*, *cognomenque* Graeco more dicta esse: alioquin *tribum* et *tributim* eadem significarent: non igitur possumus, quin ad *tributim* intelligamus „eosque CDLuiros" uel similia. Tribus enim addenda erat cum patre et cognomine cuilibet nomini et praeterea nomina tributim in ordinem redigenda.

o) Littera X adest ap. Sig. et Vrs.; Maz. et schedae omittunt.

p) Omnes peraeque recensiones interpungunt.

descriptos hab‖*eto* (13), *eosque propositos suo* (14) *in albo seruato. si nihil ex his obstat* ‖ *quominus in CDLuiros legatur, Praetor ius* XV. *potestatemque scribendi, qui uolet, facito. Praetor, qui ex* ‖ hac lege CDLuiros legerit, facito, recitentur in contione, iuratoque sese ‖ *eos ex hac lege legisse, de quibus sibi consuluerit* (15), *ita ut*

13) Similia enumerat Tab. Heracl. Lin. 146. (II, 72.)

14) Sigonius usque ad uerba *propositos suo* e sequentibus restituit; reliqua omnia usque ad Lin. 15. tab. VIII. plana omisit. Quae nos pleniora hic inseruimus, repetita sunt ex eis, quorum restitutio infra defendenda erit. Cf. Cap. VII. not. 12. et 13.

15) Infra, ubi haec omnia redeunt, desinit tabula in mutilato vocabulo CONSVL. Ibi quidem paullo minus ad eandem rem uacare uidetur spatium, quam hoc loco; non autem ideo dubito, quin infra eadem dicta fuerint, quae hoc loco, minus tamen puto prolixe: quod neque per se probari nequit,

DICATVROS. EX. ANIMI. SENTENTIA. EOS. I||VDICES. EXAESTVMAVERIT. ESSE. EOSQVE. CDLVIROS.[q]) QVOS. EX. H. L. L|EGERIT. IS. PR. OMNIS. IN. TABOLEIS. PVPLICIS.[r]) SCRIPTOS. IN. PERPETVO. HABETO.

q) Praeter Vrsinum hoc loco Sigonius quoque interpunxit.

r) Sigonius solus PV*BLICEIS*.

iudicaturos ex animi sententia eos i||udices existimauerit esse, eosque CDLuiros, quos ex hac lege l|egerit, is Praetor omnes in tabulis publicis scriptos in perpetuo (16) habeto.

neque alio in hac ipsa lege caret exemplo. Quodsi haec recte obseruantur, iam hoc loco, adiunctis quae postea Lin. 15. tab. VIII. sequuntur et producta linea 10 tab. XI. ex eis quae infra sunt usque ad uocem CONSVL, plenior rei restitutio facienda est, posterior autem locus ex eis, quae hic dilatata oratione dicta erunt, contrahendus erit. Primum nunc quaeritur quo pertineat uox CONSVL; ad consules minime; quid enim ad consules iudicum lectio! magis itaque placuit, ut in hac uoce uerbi *consulere* uestigia ponerem, quod equidem uix aegre feci, cum me minime sollicitaret *sibi consulere* pro *sibi prospicere* de Praetore dictum, cuius curae omnis in hac lege iudicum lectio traditur. Iam autem exorta quaestione, quid aut quomodo sibi consuluisse Praetor iurare debuerit, cum in sequentibus uiderem agi de eo, quod ille „exaestumauerit esse" nihil mihi minus a uero abhorrere uidebatur, quam Praetorem iurare debuisse, se eos indices legisse, de quibus ita sibi consuluerit, ut existumauerit, eos eo modo iudicaturos esse, quo ipsi iudices se iudicare uelle iurare cogerentur, id est ex consueta formula *ex animi sententia*. Cic. acad. II, 47. Cuiac. Obs. 1, 21. cf. Heinecc. antiq. IV, 17, 5.

16) Monendum est, hic *in perpetuo* euidenter de *annuo* dici albo ut ex lege quoque Cornelia de edictis tradit Ascon. in Cicer. or. p. Cornel.

Caput VII.

De CDLuiris quotannis legendis.

DE. CDLVIREIS. QVOT. ANNIS.[a]) ‖ *LEGVNDIS.* *EX.*

a) Ita omnes seiungunt.

De CDLuiris quotannis ‖ *legendis* (1). *Ex proxumo anno,*

1) Iam utique in hoc capite firmabitur, quod in antecedentis restitutione plus semel monendum erat, eadem in utroque capite praescripta fuisse praeter initium. Initio uero utriusque capitis uerba facta uidemus de magistratibus, quibus de CDLuiris legendis cura esset sustinenda, prioris de Praetore peregrino, huius de eo, „quei eorum eum mag. coeperit," quae uerba, licet primo adspectu dubia uideantur, eatenus saltem certa sunt, quoad Praetorem peregrinum hoc loco spectare non possint. Omnis enim, si haec iterum ad illum trahere uelimus, abest reliquos Praetores hoc loco commemorandi occasio. Sigonius quidem, falsa et ridicula opinione captus, quasi duobus locis sine discrimine eadem dicta esse potuerint, — nam solum tempus legendorum iudicum non facit discrimen — hoc unicum utriusque capitis discrimen se fugere passus est, et postquam lineae XV plane suspensa et abrupta uerba „Pr. quei. inter. peregrinos. ius. deicet." e prioribus desumta addidit, linea 11. tab. XI. paullulum mutata, ita pergit: „*Vt. quisque. eorum. mag. coeperit. facito. uti. CDLuiros. legat. quei. hac. in. ciuitate. iudicent.* d|um caet." Haec autem sequi non potui, non ueritus, ne, si nostra primo aspectu displicuerint, maneat offensio. Coniecerunt enim dudum uiri docti, iam lege Calpurnia lata crimini repetundarum unum, et mox omnibus singulis criminibus singulos Praetores Quaesitores praefuisse, quod, quamuis nullo testimonio firmetur, tamen ut uidetur, quia legibus Corneliis latis ita fuisse certum erat (Coll. leg. Rom. et Mos. I, 3. L. 2. §. 32. de Orig. iur.), ad nostram usque aetatem traditum est (Sigon. de iud. II, 4. Pighii annal. tom. II. p. 447. Heineccii antiq. IV, 18, 13. Bachii hist. iur. p. 99.). Hanc uero opinionem, dudum mihi suspectam, nunc ita coarctaui, ut nostra primum lege Quaesitorem singularem introducendum mihi putauerim. Supra enim uidimus CDLuiros primi legis anni, haud dubie ex uetere more, a Praetore peregrino legi debuisse, neque ego intelligo, quibus ex causis, nisi huic eidem etiam quaestiones in his socialibus potissimum iudiciis (Cic. diu. Caec. cap. 5 et 20 in Verr. I, 14. II, 6) tributae fuerint, quod iam aliis aduersus uulgatam de hac re opinionem dubitationem iniecit. Cf. Fr. Car. Conradi in Comm. de Pr. peregrino, Parerg. p. 36. Hanc autem Praetoris peregrini iurisdictionem ex proximo anno post hanc legem rogatam mutari debuisse apparet ex eo, quod initio huius capitis non ut supra de Praetore peregrino agitur, sed in unum potius ex pluribus magistratibus (qui *eorum eum* mag. coeperit) in sequentes annos lectio iudicum et inde ipsae quaestiones conferuntur. Nec quidquam mihi probabilius, quam sicut legibus Corneliis latis in omnibus criminibus factum constat, ita uni de Praetoribus Quaestoris ex hac lege prouinciam sorte traditam esse. Accedit quod nostra lex Praetorem quaestionis nunquam peregrinum uocat, sed ubique QVEI. EX. HAC. LEGE. QVAERET. quae

PROXSVMO. ANNO. QVO. H. L. POPVLVS. PLEBESVE.
XVI. *IOVSERIT. VNVS.* ‖ *QVOT. ANNIS. EX. PRAETORIBVS. QVAESITORIS. EX. H. L. PROVINCIAM. SORTITO. HA-*
(XI. 11.) *BETO.* ‖ QVEI.[b]) EORVM. EVM.[c]) MAG. COIPERIT. FACITO. VTEI. CDL. VIROS. ITA. LEGAT. QVEI. HA‖*C. IN. CEIVITATE. IN. EVM. ANNVM. QVO. LECTEI. ERVNT. IVDICENT.*
(VIII.16.) *D*‖VM. NEQVEM. EORVM. LEGAT. QVEI. TR. PL. Q. IIIVIR.

b) Sched., Sig., et Maz. QVE; correxi cum Vrsino.

c) EVM omittunt Maz. et Sig. in restitutione, non in tabula.

XVI. *quo hanc legem populus plebsue iusserit* (2), *unus* ‖ *quotannis ex Praetoribus Quaesitoris ex hac lege prouinciam sortito habeto* (3). ‖ Qui eorum eum magistratum coeperit facito, ut CDLuiros ita legat, qui ha‖c *in ciuitate* (4) *in eum annum, quo lecti erunt* (5), *iudicent d*‖um nequem eorum legat, qui Tribunus pl., Quaestor, Trium-

uerba ad utrumque annum simul pertinere possunt. Haec igitur mutatio cum omnino grauis tum grauissima erat ad lectionem iudicum annuorum, ideoque non seorsim sed hoc denique legis loco praescribitur: in iudicibus autem legendis tanti erat momenti, ut de duplici utique iudicum albo disserendum fuerit, altero, quod Praetor peregrinus curaret: nam uix fieri potuisse uidetur, ut medio anno magistratuum officia semel suscepta protinus mutarentur: altero, quod nouo Praetori ab initio demum anni sequentis committi posset. Non autem est praetereundum posthac, legibus Corneliis latis, ubi haud dubie unum modo album iudicum ad omnia perinde iudicia publica pertineret, eorum lectionem Praetoribus urbanis permissam fuisse. Cic. pro Cluent. cap. 43.

2) Cf. Cap. VI. not. 2 et 4.

3) Cic. in Verr. II, 21. „Cum Praetores designati *sortirentur*, M. Metello obtigit, ut is de pecuniis repetundis quaereret." De formula *sortito habere*, *capere* uid. Cic. in Verr. IV, c. 126 et ad famil. VIII, 8.

4) Cf. Cap. VI. not. 4.

5) Sententia loci postulauerat, quae adiecimus „*in eum annum — erunt*," a Sigonio, qui utriusque capitis discrimen praetermitteret, neglecta.

CAP.[d]) TR. MIL. L. IIII|. PRIMIS.[e]) ALIQVA. EARVM. TRIVM. VIR.[f]) A. D. A.[g]) SIET. FVERITVE. QVEIVE. IN. SENATV. SIET.

d) Sig. inserit quae mox apud ipsum redeunt: IIIVIR. A. D. A.

e) PRIMIS deest Vrsino.

f) Interpungunt Vrs. et sched.

g) Vrsinus: A. D. *R.* quod per se non plane uidetur absurdum. Vid. cap. I. not. 9.

uir Capitalis, Tribunus militum legionibus quattuor | primis aliqua earum, Triumuir agris dandis adsignandis sit fueritue (6), quiue in

6) Intuentibus hanc magistratuum seriem, iam ante ex hoc loco reparatam, nobis dubitatio statim exoritur, cur ea non ut supra Lin. I. et VIII. a Dictatore sed a Tribunis incipiat. Consentaneum enim uidebatur, C. Seruilium Glauciam, hominem maxime popularem, qui omnes rumorum et concionum uentos colligere consuesset, neminem ex factione optimatium, unde detrimentum capi posset, neque igitur ex senatu neque ex magistratibus quemquam admissurum fuisse ad haec erga optimates iudicia; nihilo autem minus minores solum magistratus in hac lege a iudiciis, arceri uidemus. Verum enimuero, ut haec dubitatio tollatur, opus est ea praecipiamus quae mox in tabula sequuntur, „QEIVE. IN. SENATV. SIET. FVERITVE.," quae plane abhorrent a consueta de hac re formula. Haec enim est „SENATORES. QVIBVSQVE. IN. SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET," Gell. III, 18. Festus u. Senatores. Liuius XXIII, 32. XXXVI, 3., quorum prius ad eos pertinet, qui a Censoribus lustro condito in senatum lecti fuerint (Festus l. c.), posterius ad eos, „qui honoribus populi usi in senatum ueniebant et sententiae ius habebant." Varro ap. Gell. l. c. Quibusnam uero ex illis magistratibus ius fuerit sententiae dicendae, ut disertis uerbis non traditur, ita Consulis Nasicae edictum anni 563 a Liuio (XXXVI, 3.) nobis seruatum ostendit tum certe illud ius dicendi non fuisse nisi magistratibus maioribus: „Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab urbe abiret, quam unde eo die redire posset." Cf. Sigon. ad h. l. In nostra uero lege, cum non de *senatoribus* sermo sit, sed de eis, *qui in senatu sint*, tam senatores, quam eos intelligi patet, quibus solum sententiam dicere liceret; sequitur ideo nostrae legis tempore idem obtinuisse atque anno 563, et magistratus maiores iam inesse uerbis QVEIVE. IN. SENATV. SIET. Verum ualde uereor, ne quae obstabant dubia minus reppulisse uideamur uiris doctis. Fere enim apud omnes, quos consulendi mihi copia erat, tam antiquiores de hac re scriptores, (e. gr. Zamoscium De senatu Rom. I, 9.), quam recentiores, Middletonium (Comment. de sen. Rom. P. I.) et qui eum sequuntur, opinio inualuit, etiam minoribus magistratibus ius fuisse dicendi in curia; immo uero, Antonio Augustino duce (De legg. et SC. s. l. Atinia), Tribunorum plebis ius dicendi in senatu, ex lege Atinia ortum, incipere solent ab anno 624 (C. Claudio Pulchro M. Perperna coss.) Pighii annal. III. pag. 20. Bachii hist. iur. p. 162. Huius opinionis de minorum magistratuum iure, cui iam Manutius (de Senatu Rom. cap. I.) minime accedendum putauit, inque quam temere subscribere iam edictum Consulis Cornelii et nostrae legis uerba prohibent, nulla inuenimus argumenta praeter eorum exempla, qui, minoribus magistratibus fungentes, in senatu passim commemorantur. Nihil autem obstat quominus hos

FVERITVE. QVEIVE. MERC‖*EDE. ALIQVA. CONDVCTVS. SIET. QVEIVE. QVAESTIONE. IOVDICIOVE. PVPLICO.
XVII. *CONDEMNATVS. SIET.* ||| *QVOD. CIRCA. EVM. IN. SENA-*

senatu sit fueritue, quiue merc‖*ede aliqua conductus sit* (7), *quiue*
XVII. *quaestione iudicioue publico condemnatus sit*, ||| *quocirca eum in*

omnes ob alios honores aliaque merita iam ante fuisse in senatu cum Manutio dicamus. Quis enim crediderit Gracchos, Clodium, Caesarem ob Quaesturam modo in curiam uenisse? Cf. Liu. XXIII, 23. Quod denique ad Atiniam legem attinet, eam primum Tribunis ius dicendi tribuisse sane quidem concedam: Gell. XIV, 7 et 8; non autem narratio Plinii (H. N. VII, 44) Liuii (lib. LIX) et oratoris pro domo (cap. 47.) de C. Atinii Labeonis ira in Q. Metellum, Censorem, qui illum Tribunum plebis e senatu deiecerat, me mouit, ut cum Augustino illam legem huic Atinio, et multo minus, ut eam anno 624 tribuerim; sed potius mihi persuasit, eo certe anno illam legem nondum fuisse latam. Ex Liuii enim narratione C. Atinius, Tr. pl. factus, a Macedonico Censore „in senatu legendo *praeteritus* erat;" iam igitur ante munus tribunicium senator lectus fuisse uidetur. Festus u. Praeteriti senatores.

7) Desinit tabula in mutilato uocabulo MERC, quod Sigonius e Lin. XXII. in f. „merc|*ator. siet. fueritue*" restituit. Verum in Lin. XXII uereor, ne Sigonius, more suo, coniecturam pro textu nobis uendiderit: tam enim Vrsinus quam schedae aliam nobis exhibent lectionem (cf. infra loc. cit.): per se autem, nequaquam intelligo, quomodo *mercatores* ab his iudiciis arceri potuerint. Ad optimates enim non pertinent, cum praesertim a senatoribus, etiam per se a iudiciis hac lege exclusis, aliena sit mercatura (Cic. in Verr. V, 18. Liu. XXI, 63.); reliquis uero magnam certe et copiosam mercaturam non fuisse dedecori, nisi Cicero diserte declararet (de off. I, 42.), iam inde facile colligeretur, quod in Sicilia saltem fere omnia iudicia priuata a mercatoribus peracta uidemus. Quae autem de *καπήλοις*, a censu Romano prohibitis, Dionys. Halic. IX, p. 583 refert, nemo sane huc spectare dixerit. Cf. Periz. in Aelian. Var. lib. X, c. 9. p. 644. Quae cum ita sint, nouae restitutionis periculum feci, in qua quidem confiteor, me disertis ueterum auctorum testimoniis plane destitutum fuisse. Attamen, ubi omnia munera publica gratuita fuisse constat, ubi ad SC. Claudianum usque ex lege Cincia ne patronis quidem pecuniam ob causam orandam capere licebat, nemo sane negabit, ne iudicibus quidem publicam priuatamue mercedem capere fas fuisse, id quod Athenis tam in comitiis quam in iudiciis licuisse notum est. Siquis igitur, ante mercede accepta ab aliquo eorum, qui eo anno accusationem metuebant, se iudicem in annum professurus erat, repetundarum quidem nomine non tenebatur: nam non cepit pecuniam in officio: Praetori uero aptissime committebatur, neminem, quem sciret mercede aliqua conductum fuisse ut nomen ad iudicia daret, in album recipere. Ne denique nimium putes, iam in incertum euentum alicuius anni iudices corrumpi, recorderis quaeso A. Gabinii, cui damnato tanta pecuniae captae summa aestimata est, ut eius ope uel ad decem annos omnes iudices mercede conductos in albo esse efficere potuisset, si suo tempore illam summam in hanc rem impendere licuisset.

TVM. LEGEI. NON. LICEAT. QVEIVE. MINOR. ANNEIS.
XXX. MAIORVE. A‖NNOS. LX. GNATVS. SIET. QVEIVE. IN. (XI, 12.)
VRBE. ROMAE. PROPIVSVE. VRBEM. ROM‖*AM.*[h]) *QVINQVE.*
MILIA. PASSVVM. NON. HABITET. ‖ QVEIVE.[i]) EIVS. QVEI. (VIII, 17.)
IN. SENATV. SIET. FVERITVE. PATER. FRATER. FILIVSVE. SIE|T.
QV|EIVE. TRANS. MARE. ERIT. QVOS. LEGERIT.[k]) EOS. PATREM.
TRIBVM. COGNOMENQVE. IVDICE*T.*[l]) QVEI. EX. H. L. IN.
EV‖*M. ANNVM. CDLVIREIS. LECTEI. ERVNT. EA. NOMINA.*
OMNIA. IN. TABVLA.‖| *IN. ALBO. ATRAMENTO. SCRIPTOS.* XVIII.

h) Maz. ROM*A*; in sched. repperiuntur uestigia litterae A, quae ceteris utique periit.

i) Vrs. *N*EIVE; Sig. VEIVE; in schedis certa litterae *Q* uestigia supersunt.

k) Sig. inserit IS.

l) Omnes perperam IOVDICE*S*; correxi ipsius tabulae auctoritate IOVDICE*T*. Vid. Cap. VI, not. 11. Apud Sigonium desinit haec linea in QVEI*VE. EX. H.*.; reliqua ei exciderunt.

senatum legi non liceat (8), *quiue minor annis XXX, maiorue*
a‖nnos LX natus sit (9), quiue in urbe Romae propiusue urbem
Rom‖*am quinque milia passuum non habitet* (10), ‖ quiue eius, qui
in senatu sit, fueritue, pater frater filiusue si|t, qu|iue trans mare
erit. Quos legerit, eos, patrem, tribum, cognomenque indice*t*. Qui
ex hac lege in eu‖*m annum CDLuiri lecti erunt, ea nomina om-*
nia in tabula ‖| *in albo atramento scriptos,* |—| (11) *patr*‖em, tri- XVIII.

8) Vid. Cap. VI, not. 6.

9) Vid. Cap. VI, not. 7.

10) Ibid. not 8. Sigonius post „merc|*ator. siet. fueritue.*" nihil restituit usque ad „*q*|ueiue eius. quei."

11) Haec iterum integra descripsi ex iis, quae supra leguntur, quamuis paullo plura hoc loco adfuisse uideantur. Quid si mirus, de quo supra diximus, loquendi modus, dilatata magis oratione hic fuerit paullo mutatus? Sigonius lineam 13. tab. XI. plane omittens ex ingenio ita restituit: „queiue. ex. h. | *l. in. eum. annum. sient. in tabuleis. publiceis. scriptos. habent.* | *. habeto.* .(?) .. *ius. potestate*|mque, caet."

(XI, 13.) |—| *PATR*‖EM. TRIBV*M.* m) COGNOMENQVE. TRIBVTIMQVE. n) DISCRIPTOS. o) HABETO. EOSQVE. PROPOSITOS. SVO. p) ‖ *IN. ALBO. SERVATO. SEI. NIHIL. EX. HIS. OBSTAT. QVOMINVS. IN. CDLVIROS. LEGATVR. PR. IOVS. POTESTA-*
(VIII, 18.) *TEM*‖QVE. q) SCRIBVNDI. QVEI. VOLET. FACITO. PR. QVEI. LEGERIT. r) EOS. QVOS. EX. H. L. C|DLVI|ROS. LEGERI*T*. FACITO. IN. CONTIONE. RECITE*N*TVR. s) IOVRATOQVE. SESE.

m) In schedis perperam legitur TRIB*V*; ceteri omnes TRIB*VM*.

n) Solus Sig. TRIBVTIM.

o) Supra erat D*E*SCRIPTOS.

p) In schedis post SVO supersunt uestigia aliquot litterarum, nescio utrum Mi an IN.

q) In sched. non est nisi QVE; Sig. et Vrs. etiam legebant in tabula *M*QVE, quae lectio iam Sigonium induxit ad eam restitutionem, quam nos quoque secuti sumus.

r) Vrsinus inserit IS.

s) Sigonium nescio an temere corrigentem secuti scripsimus LEGERI*T* et RECITE*N*TVR; Vrs. et sched. mendum in tabula ostendunt LEGERI*NT* et RECIT*E*TVR scribentes.

bu*m*, cognomenque, tributimque discriptos habeto, eosque propositos suo ‖ *in albo seruato* (12). *Si nihil ex his obstat, quominus in CDLuiros legatur, Praetor ius potestatem*‖que scribendi, qui uolet, facito (13). Praetor qui legerit, eos, quos ex hac lege C|DLui|ros legeri*t*, facito in contione recit*en*tur, iuratoque sese eos ex hac lege

12) Quae hic apposui „*in albo seruato*" non magni faciam equidem: interest enim solum, ut spatium uacuum quodammodo expleatur: non autem haec obstare arbitrabar eis quae in fine capitis eadem dicta uidentur; ibi enim nouum est „*de perpetuo*" de quo supra uerba fecimus. Vid. Cap. VI, not. 16.

13) Formulae „*ius potestatemque*" iam Sigonius uestigia inuenire sibi uidebatur, opinor e lege Quinctia (Frontin. Poleni p. 223. et 229.) seu e L. 1. pr. D. ad leg. Falcidiam (XXXV, 2.). Apponenda censui „*Si — legatur*" Hoc autem ex modo legendi iudices supra explicuimus, quod ad equites potissimum iudicia peruenerint, licet nusquam diserte illis tradita fuerint. Vid. Cap. VI. not. 1.

EOS. EX. H. L. LEGISE.[t]) DE. QVIBVS. SIBEI. CONSV||L*VERIT.*[u]) *QVAE. SVPRA. SCRIPTA. SIENT. EOSQVE. CDLVIROS. QVOS. EX. H. L.* ||| *LEGERIT. IS. PR. OMNIS. IN. TABO-* XIX. *LEIS. PVPLICIS. SCRIPTOS. IN. PERPETVO. HABETO.* ||

t) Solus Sigonius LEGISSE.

u) In sched. CONSV; ap. Sig. et Vrs. CONSV*L*.

legisse, de quibus sibi consu||*lucrit, quae supra scripta sint* ([14]), *eosque CDLuiros, quos ex hac lege* ||| *legerit, is Praetor omnes* XIX. *in tabulis publicis scriptos in perpetuo habeto.*

Caput VIII.

De nominis delatione iudicumque lectione.

DE. NOMINE. DEFERVNDO. IVDICIBVSQVE. LEGVNDEIS. (XI, 14.) QVEI. EX. H. L. PEQVNIAM.[a]) AB. A||*LIQVO. EORVM.*

a) Sig. PEQVVNIAM.

De nomine deferendo iudicibusque legendis. ([1]) Qui ex hac lege pecuniam ab a||*liquo eorum petet, cuius ex hac lege petitio*

14) Ita, collata linea XV. (XI, 10. et VIII. 15.), contraxi quae supra ex hoc loco prolixius dicta fuisse conieci. Vid. Cap. VI, not. 15. Reliqua autem omnia e fine capitis VI. ad uerbum repeti poterant.

1) Totum hoc caput Sigonius peruertit et, quod magis mirere, tabulam quoque mala fide corrupit, in qua, quam capitis inscriptionem plene seruatam uiderat, eam non nisi ex parte recepit, reliqua temere resecta in alienum transferens locum. Itaque ex uno tria capita fecit, primum *de nomine deferundo*, secundum (Lin. XX.) *de nomine recipiendo*, et tertium (Lin. XXI — XXVI.) *de iudicibus* (*in eam rem*, ut perperam addit) *legundis*. Deinde, nequis corrupta sentiret, in toto loco restituendo lineas 15. et 16. tab. XI. praeteriit silentio. His enim suo loco uindicatis, utrobique sermonem uidemus fuisse *de edendis legendisque iudicibus*, sequitur igitur lineam 20. tab. VIII,

PETET. QVOIVS. EX. H. L. PETITIO. ERIT. IS. EVM.
(VIII,19.) *VNDE. PETET. DE. CDLVIREIS. QVEI. IN. E*||VM.[b]) ANNVM.

b) VM. in schedis quidem non nisi mutilatum legitur; Vrs. autem et Sig. pariter lectionem confirmant.

erit, is eum, unde petet, de CDLuiris (2), *qui in e*||um annum

quam Sigonius capiti *de nomine recipiendo* tribuit, cum ab illis fragmentis inclusa sit, ad eandem rem pertinere debuisse. Quibus ex causis tabularum uestigia secuti nos ita fragmenta coniunximus, ut prior linea nominis delationi tributa sit, reliquae omnes ad lin. XXVI. usque iudicibus in singulis causis e CDLuiris legendis. Hactenus quidem de argumento nostri capitis non est, quod dubitetur; quae de iudicibus legendis singula praescribantur, de iis non multum abfuit, ut desperarem. Omnino enim nihil ex iudiciorum historia certum est, e quo bis saltem lacunis opem quodammodo ferre possimus. Nam quod tradi solet, duplicem olim iudicum legendorum rationem fuisse, *sortitionem* et *editionem*, huic certe loco, ubi in ordinariis iudiciis uersamur, nihil affert lucis, cum omnia quae nouerim exempla iudicum editiciorum non ad illa sed ad tribus edendas pertineant. Cf. Sig. de iud. II, 12. Heinecc. ant. IV, 18, 23. Cic. pro Planc. c. 15 — 17. Causas uero repetundarum, quas Ciceronem in iudiciis ex lege Cornelia constitutis agere uidemus, frustra huc afferamus, cum iudices in illis non edi sed sortitione legi constet. Cic. in Verr. I, 6. ib. Ascon. Ita testimoniis aliunde quaesitis destituti, Sigoniana nostri loci restitutione docemur ex lege Seruilia accusatorem C uiros edere debuisse, reum ex editis L legere, neque nego, id ex iis quae mox inferentur demonstrari posse; sed additis eis, quae ut dictum est Sigonius excluserat, uidemus duplicem eiusmodi iudicum editionem similibus fere uerbis praescriptam fuisse, et quaeritur prae ceteris, quisnam eodem modo, quo infra lin. XXI. de accusatore et reo dictum est, edere et ex editis legere potuerit. Ab alios praeter partes iudices lectos editosue esse non est uerisimile, ab utrisque itaque partibus inuerso ordine lectos et editos statuimus, ita ut, quo modo primum accusator aliquem numerum edebat et reus alium ex editis legebat, etiam reus accusatori totidem proponere et accusator certum numerum ex propositis legere debuerit. Quod cum haud leue momentum facere potuerit ad seueritatem in his iudiciis augendam facile intelligimus, quanam de causa Sulla haec omnia ita sustulerit ut in causis repetundarum quas ex orationibus Tullianis nouimus, ne uestigium quidem huius legendi formae remanserit omnisque res ad sortem traducta sit. Haec si tibi persuasa sunt, de singulis rebus nobiscum cognosce.

2) Sig.: „Quei. pequniam ab al|*tero. petet. is. eum. unde. petet. ex. Praetoribus. quei. in. e*|um. caet." Corrigendum inprimis uidebatur *Praetoribus*, cum in sequentibus de eo agatur, *qui iudex in eum annum factus erit*, quod iudicem quaestionis potius quam Praetorem spectare satis patet. Iudicem autem ex albo iudicum, ideoque ex lege Seruilia de CDLuiris lectum fuisse non est dubium. Sin quis dubitet an in annum factus fuerit iudex quaestionis, memor sit C. Visellii Varronis, quem Cicero narrat „post *curulem aedilitatem* iudicem quaestionis fuisse." Brut. 76. Iudex autem quaestionis officia minora in his iudiciis sustinuit, ideoque aptior uidetur ad primam accusatorum urbam recipiendam. Infra addi solet „*qui eam rem quaeret* uel *quaesierit*" nescio an quod plu-

LECTEI. ERVNT. AD. IVDICEM. IN. EVM. ANNVM. QVEI. EX. H. L. | FACTVS. E|RIT. IN. IOVS. EDVCITO. NOMENQVE. EIVS. DEFERTO. SEI. DEIVRAVERIT. CALVMNIAE. CAVSA. NON. PO||*STVLARE. APVD. PR. QVEI. EX. H. L. QVAERET. SEI. IS. NOMEN. RECEPERIT. IVDEX. QVEI. EAM. REM.* ||| *QVAERET. FACITO. VTEI. DIE. . . . EX. EO. DIE. QVO.* XX. *QVOIVSQVE. QVISQVE. NOMEN. DETOLERIT. C. VIROS. IS. QVEI. DETOLE*||RIT.[c]) DE. CDL. VIREIS. QVEI. IN. EVM. (XI, 15.)

c) Maz.: QIT.; sched.: PIT.; Sig. et Vrs. plenius RIT.

lecti erunt, ad iudicem, in eum annum qui ex hac lege | factus e|rit, in ius educito, nomenque eius deferto, si deiurauerit calumniae causa non po||*stulare, apud Praetorem qui ex hac lege quaeret* (3). *Si is nomen receperit, iudex, qui eam rem* ||| *quaeret, facito, ut* XX. *die* ... (4) *ex eo die, quo cuiusque quisque nomen detulerit, C uiros is, qui detule*||rit (5), de CDLuiris, qui in eum annum ex hac lege lecti erunt, aduersario edat. Eos om||*nes, quos edere uelit iu-*

res erant. Cf. Lin. XLI. et LXI. (XI, 36. XII, 10.) Reliqua fere e Sigonio retinui, nisi quod adieci „*cuius — erit*" quae ita legantur in Lin. IX.

3) Ipsa nominis delatio et receptio Praetoris erat officium. Cic. ad diu. VIII, 8. Sig. restituit: „po||*stulare. De nomine. recipiendo. Pr. ad. quem. in. ious. aditum. erit.* (unde haec?) *facito. ne. cuius.* | *nomen. recipiat. eorum. quei. ei. quei. petet. patronus. socer. gener. uitricus. pri*||uignusue caet." Quae omnia per se non sunt falsa; sed assumtis lineis 15. et 16. tab. XI. hoc certe loco a Sigonio perperam supposita et in ipsa lege, cum haec non solum ad repetundarum iudicia pertineant, neglecta uidentur.

4) Numerum adscribere non sum ausus, quamuis infra habeamus „*uicensumo*" (Lin. XXI.); non enim opus est, ut accusatorem eodem quo reum die, edere iudices, dicamus. Iudici uero quaestionis non Praetori lectionis curam dedimus Sigonii de hac re sententiam secuti. Sig. de iudic. II, 12. Verba „ex eo *die — C uiros*" e lin. seq. huc rettulimus.

5) Quibus ex causis eum qui nomen detulerit primum editurum fecerim, infra dicendi locus erit. Cf. not. 12.

5*

ANNVM.[d]) EX. H. L. LECTEI. ERVNT. ARVORSARIO.[e]) EDAT. EOS. OM||*NES. QVOS. EDERE. VELIT. IVDEX. RECIPITO. DVM. NEIQVEM. RECIPIAT. QVEI. EIVS. VNDE. PETE-*
(VIII,20.) *TVR. GENER. SOCER. VITRICVS. PRI*||VIGNVSVE. SIET. QVEIVE. EI. SOBRINVS. SIET. PROPIVSVE. EVM. EA. COGNA-T|ION*E.*[f]) | ATTINGAT. QVEIVE. EI. SODALIS. SIET. QVEIVE. IN. EODEM. CONLEGIO. SIET. FACITOQVE. CORAM. ARV||*ORSA-RIO.*[g]) *VTEI. IS. QVEI. C. VIROS. EDERE. VELIT. PALAM. APVD. SE. IOVRET. SE. NEMINEM. DE. CDLVIREIS.*
XXI. *QVEI.* ||| *IN. EVM. ANNVM. LECTEI. ERVNT. LEGISE. NI-*

d) ANNVM Bluhmii oculos fugisse uidetur; abest enim in schedis refragantibus Sigonio, Vrsino et Mazochio.

e) Solus Sigonius recentiorem exhibet scripturam *ADV.* Antiquior scriptura satis nota est ex formula SC. ARF. Cf. SC. de Bacch. init.

f) In schedis post lacunam adsunt uestigia litterae M, quae Vrs. confirmat scribens COGNATIONEM. Sig. more suo correxit. Nos dedimus, quae locus postulabat, licet simile adest mendum infra Lin. LXXVI. (XII, 25.) „INQVE. EA. TRIB*VM.*"

g) Ita restituere non dubitauimus, ducti auctoritate schedarum quae scribunt ARV, littera V paullulum mutilata; Vrs. et Sig. perperam APV. Cf. not. e.

dex recipito, dum nequem recipiat, qui eius unde petetur, gener, socer, uitricus, pri||uignusue sit, quiue ei sobrinus sit, propiusue eum ea cognat|*ione* | attingat, quiue ei sodalis sit, quiue in eodem collegio sit (6), facitoque coram adu||*ersario, ut is, qui C uiros*
XXI. *edere uelit palam apud se iuret* (7) *se neminem de CDLuiris, qui* ||| *in eum annum lecti erunt, legisse, nisi qui aduersarium ea ne-*

6) Hucusque seriem eorum, qui a iudicio singulari arcentur ad uerbum recepi e linea XXII.; plura uero, quae ibi adduntur, hic consulto omissa uidentur et idcirco recipi non poterant. cf. not. 12. Ceterum easdem hic repperimus personas, quas supra a patrocinio exclusas uidimus. Cf. Cap. IV. not. 8.

7) Sigonius scripsit: „coram. apu|*d. se. iuret. palam. se. calumniae. caussa. nomen. eius. non. deferre.;*" quem mireris neque ad illud *coram apud se* offendisse et oblitum esse loci ab ipso re-

SEI. QVEI. ARVORSARIVM. EA. NECESSITVDINE. ‖ NON. (XI, 16.)
ATINGERET.[h]) SCIENTEM. D. M. ITAQVE. IS. EDITO. COVRA-
TOQVE. VBEI.[i]) IS. ITA. EDIDERIT. TVM. IN. EA. ‖ — | *DEIN-
CEPS. IVDEX. AD. QVEM. QVIS. IN. IOVS. EDVCTVS.*
E‖RIT. FACITO. VTEI. IS. DIE. VICENSVMO. EX. EO. DIE. QVO. (VIII, 21.)
QVOIVSQVE. QVISQVE. N|OMEN. | DETOLERIT. C. VIROS. EX.
EIS. QVEI. EX. H. L. CDL. VIREI. IN. EVM. ANNVM. LECTEI.

h) Sched.: ATT*I*GER*IT*.; Maz. et Vrs. ATT*I*GER*E*T, quod in tabula adfuisse uidetur. Correximus A*TIN*GER*E*T. Iam Sig. scripserat A*TTIN*GER*E*T.

i) Maz. VBE*T*.

cessitudine ‖ non attingeret, scientem dolo malo; itaque is edito curatoque ubi is ita ediderit; tum in ea ‖ (8) — |. *Deinceps iudex, ad quem quis in ius eductus e*‖rit (9), facito, ut is die uicesimo, ex eo die, quo cuiusque quisque n|omen | detulerit, C. uiros ex eis, qui ex hac lege CDLuiri in eum annum lecti erunt, qui uiua*nt* (10), legat (11). E‖*os omnes iudex, qui eam rem quaeret, recipito, dum* ‖‖ XXII.

stituti, quo posuit accusatorem iam ante de calumnia deiurare debuisse. Cf. Lin. XX. Quamobrem, reducta genuina lectione „*aruorsario*", ex eis quae infra sunt nihil recepimus nisi „*palam apud se iuret*" et „*necessitudine*;" reliqua tam hic quam infra ex utriusque loci sententia, modo recte hanc perceperim, facile refingebantur.

8) Quid sibi uoluerint uerba inde ab *ubi is ita* diuinare non ausus haec intacta reliqui.

9) Sigonius, omissa linea 16 tab. XI. initium Lineae XXII. ita fecit: „*De. iudicibus. in. eam. rem. legundis. Pr. ad. quem. nomen. delatum. e*|rit. rel." Nos ut supra iudici potius quam Praetori hanc rem tradentes, praemisimus quae ex nostra explicatione ante *is* abesse non possent.

10) Verba *qui uiuant* supra propter minus spatium uacuum omittenda erant.

11) Sig.: „legat. e|*datue. dum. nequem. eorum. legat. edatue. quei. iudex. siet. queique. ei. quei. petet. gener.* | *socer. uitricus. prinignusue. siet. queique. ei. sobrinus. siet. propiusue. eum. ea. cognatione. attingat. queiue.* e|i. sodalis. siet." In his nonnulla erant mutanda. Primum *edatue* apud Sigonium non est ex certa aliqua ratione appositum sed solum, ut uidetur, qui explicet praecedens *legat*; me non offenderat *legere* duplici sensu in hoc capite dictum: proprie de iudicibus ex eis, quos aduersarius proposuisset, eligendis, ut est infra, latius, idque hoc loco, de ea lectione, quae editionem praecederet. Itaque littera E post *legat*, quod hic est pro *edat* ut supra scribitur, servata, initium fecimus similis orationis ei, quae supra incipit post *edat* per „*eos omnes*". Deinde uerba

ERVNT. QVEI. VIVANT.[k]) LEGAT. E||*OS. OMNES. IVDEX.*
XXII. *QVEI. EAM. REM. QVAERET. RECIPITO. DVM.* ||| *NEI-QVIS. EORVM. AB. EO. QVOIVS. NOMEN. DELATVM.*
(XI. 17.) *ERIT. LECTVS. IVD*||EX. SIET. QVOI. IS. QVEIVE.[l]) EI.[m]) QVEI. PETET. GENER. SOCER. VITRICVS. PRIVIGNVSVE. SIET. QVEIVE. EI. SOBRINV||*S.*[n]) *SIET. PROPIVSVE. EVM. EA. COGNA-*

k) Vrs. et schedae perperam scribunt VIVAT.; recepimus Sigonii emendationem.

l) Vnus Sigonius QVEI*QVE*. Stetimus ab Vrs. Maz. et schedis.

m) EI. testibus schedis superscriptum est. Vrsino et Sigonio exciderat.

n) Abest SOBRINV ap. Maz.

nequis eorum ab eo, cuius nomen delatum erit (12), *lectus iud*||ex sit, cui is, quiue ei, qui petet, gener socer uitricus priuignusue sit, quiue ei sobrinu||*s sit, propiusue eum ea cognatione attingat,*

„*Quei iudex siet*" (uidelicet in alia causa), quae Sig. a patrocinio huc transtulit (cf. cap. IV. in fine), propterea solum, quod de patronis idem praescriptum sit, huc recipere non ausus, hunc quoque locum mutaui. Denique monendum est, nos „*quoiei is*" e tabula uindicasse; Sigonius in recipienda linea 17. tab. XI. temere deleuerat.

12) Hanc iudicum editionem, quam Sigonius accusatori adscripsit, ego reo ideoque priorem editionem, quam Sig. praetermisit, accusatori tribuendam duxi, quod personae, quae hic recensentur exceptae, cum accusatore coniunctae in tabula uocantur (EI. QVEI. PETET.). Iam enim, nisi utriusque cognatos et affines et sodales utrumque edere uetitum dicere uelis, cuius rei non est in tabula uestigium, probabilius tibi, si accuratius locum inspexeris, uidebitur, utrumque alterius potius quam suos amicos proponere uetitum fuisse. Nam cum ei, qui ex propositis partem eligere partem reiicere poterat, liceret aduersarii amicos, quippe qui ad paucos gradus definiti nunquam multi inter quadringentos et quinquaginta uiros esse possent, reiicere, hoc modo praeuaricationibus optime obuiam iri perspicuum est. Sin uero hanc ob causam aduersarii amicos non prae propriis ab editione excludendas esse uelis, tamen id certe non negabis, pari cum iure legem alienos quam proprios cognatos, affines et sodales prohibere potuisse. Iam autem hanc in nostra lege posteriorem editionem, quae accusatoris amicos excludit, reum potius, quam accusatorem spectare tibi ideo persuadebis, quod hoc tabulae loco plures iudices, ut in sequentibus uidere est, ab editione arcentur quam ante factum constat; rei autem quam accusatoris magis opus erat, ut circumscriberetur editio. Haec hactenus. Quae mox de magistratibus, quaeque de senatoribus dicuntur, superflua uideri possint cum fere eadem iam supra dicta sint de CDLuiris, de quibus solis ad singulas causas illi iudices legendi fuerint; repetita uero uidentur haec, aduersus optimatium partes dicta, ne forte uitium, in iam lectis CDLuiris factum, obnoxium foret ullo iudicio singulari.

TIONE. ATINGAT. QVEIVE. QVEI. PETET. E‖I. [o]) SODALIS.(VIII,22.) SIET. QVEIVE. TR. PL. Q. IIIVIR. CAP. IIIVIR. A. D. A. TRIBV*N.* [p]) MIL. L. IIII. PRIM‖IS. A*LIQVA.* [*]) | EARVM. SIET. FVERITVE. QVEIVE. [q]) IN. SENATV. SIET. FVERITVE. QVEIVE. . . . . L.

o) EI legerant Vrs. et Sig.

p) Correxi cum Sig. hoc uocabulum propter sequens *siet*; Vrs. et sched. TRIBVN*I.*

*) In schedis litterae *M* in PRI*M.* et litterarum *EA* ante RVM uestigia adsunt; Sig.: PRIMIS ..... EARVM; Vrs.: PRIMIS. AL. ...., EAR. Omnem formulam uidimus supra.

q) Apud omnes praeter Sigonium QVEIVE. bis adest, haud dubie ut uidebatur, scalptoris mendum.

quiue, qui petet, e‖i sodalis sit, quiue Tribunus plebis, Quaestor, IIIuir capitalis, IIIuir agris dandis adsignandis, Tribunus militum legionibus quattuor prim‖is al*iqua* | earum sit fueritue, quiue in senatu sit fueritue, quiue .... L. Rubr ‖ (13) — ‖ — | a‖berit (14) XXIII.

13) Ab hac lacuna eo magis abstinendum censui, quo minus, siue ad ea, quae mox sequentur, siue ad huius uersus mutilatum exitum respiciamus, haec cum eis, quae simili modo supra dicta sint, congruere uideamus. Tum vero legis Rubriae uestigium, comparatis examinatisque quae nuper de illa prolatae sint opiniones et coniecturae, magnopere nos uexat. De lege Rubria non est qui nesciat in legis de Gallia Cisalpina fragmento mentionem fieri, idque duobus locis iisdem fere his uerbis: „SI. EX. DECRETO. IIVIRI. PRAEFEC. VE. MVTINENSIS. QVOD. EIVS. (in altero loco est IS.) II.VIR. IV.VIR. PRAEFEC. VE. EX. LEGE. RVBRIA. SIVE. ID. PL. (VE.) SC. EST. DECREVIT. caet." Col. I. Lin. 22 — 31. et L. 32 — 40. Haec nuper uirum doctum (G. Fr. Puchta: Civil. Abhdl. Berl. u. Leipz. 1823. p. 72) in eam opinionem adduxerunt, ut putaret legem Galliae Cisalpinae se ipsam, ex magistratus rogantis nomine appellatam, legem Rubriam uocasse. Quae opinio, tametsi uiro summae auctoritatis (Hugon. Hist. iur. ed. nona p. 5. et passim) ualde placuit, mihi tamen non satis persuasa est. Etiamsi enim concedere uelimus, legem in formula aliqua se ipsam nomine appellare potuisse et uerba EX. LEGE. RVBRIA. non ad PRAEF. sed ad DECREVIT. trahenda esse, quis tandem certiores nos facit, hoc caput non esse tralatitium ex antiquiore lege Rubria, uelut caput QVO. EA. PECVNIA. PERVENERIT. tralatitium fuit in legibus Cornelia et Iulia ex lege Seruilia. Quae aduersus hanc dubitationem obiiciuntur (Puchta p. 75.) formulam „SIVE. ID. PL. SC. EST." non ad perlatam sed solum ad rogatam legem pertinuisse, iam alio loco diiudicata sunt. Cf. Cap. VI. not. 3. Missis igitur his coniectionibus retinenda uidetur uulgata huius loci interpunctio, quae *praefectum* ita cum *lege Rubria* iungit, ut Praef. Mutinensis idem sit ec praef. ex lege Rubria. Quo pacto similem facimus legem Rubriam legis Rupiliae, ut recentissimus quoque editor obseruauit, nisi quod Rubriam non solum ad Galliam sed etiam ad alias referendam censeamus prouincias. Itaque non est quod ab illa differre dicamus legem Rubriam de

XXIII. (XI, 18.) RVBR. ‖ r) — ‖‖ — A‖BERIT. s) QVEIVE. TRANS. MARE. ERIT. NEIVE. AMPLIVS. DE. VNA. FAMILIA. VNVM. t) NEIVE. EVM. u) *QVEI. DE. PEQVNIA. CAPTA. IN. IVS. EDVCTVS. FVERIT. AVT.* (VIII, 23.) *QVOD. CVM. EO. LEGE. CALPVR*‖NIA. AVT. LEGE. IVNIA. SACRAMENTO. ACTVM. SIET. AVT. QVOD. H. L. NOMEN.

r) Ita claris litteris tabulae lectionem dedit Vrsinus, dantque schedae; Sigonius autem, non discernens quae inuenerit quaeque restituerit, scripsit: „QVEIVE. MERCATOR. SIET. FVERITVE" in quibus mihi quidem pro „L. RVBR." „T. FVER." legisse reliquaque ex ingenio addidisse uidetur. Non enim est, quod dicamus, Vrsinum, qui multo diligentior Sigonio omnia descripserit, non legisse quae Sigonius legerit.

s) A habent omnes praeter schedas; Maz.: „*ABI*ERIT.

t) Maz. mendose VNNVM. Pro FAMILIA. in tab. FAMIIIA. scriptum est in sched.

u) Sched. EV et litterae M uestigium; reliqui EVM.

quiue trans mare erit, neue amplius de una familia unum, neue eum, ‖ *qui de pecunia capta in ius eductus fuerit, aut quod cum eo lege Calpu*‖rnia aut lege Iunia sacramento actum sit (15), aut

colonis Africanis, cuius mentionem facit legis Thoriae fragmentum (ap. Vrsin. VII, uers. 8.); non est denique quod differre dicamus, quam hic uidemus legem Rubriam. Cum enim hic de magistratibus et senatoribus à iudiciis exclusis agatur, ut in lege Gall. Cis. praefectus uocatur, ita hac lacuna magistratum aliquem prouincialem ex lege Rubria deperditum suspicor, qui a iudiciis potissimum socialibus ut excluderetur interesse poterat. Quodsi quaeris cuiusnam fuerit aetatis haec lex Rubria, bene P. de Lama C. Gracchi collegam adduxit; ille enim Rubrius qui Mario sodalis cum illo periit, et multo magis illae deliciae Verris serioris sunt aeui, quam ut in legibus Thoria et Seruilia de eis agi potuerit. Caeterum Sigonius absurde Lineas 18. et 19. tab. XI. inter se iungens ita pergit: „mercator. siet. fuer|*itue. queique. urbe. aberit. queique. trans. mare. erit.* (urbe non abest qui trans mare est?) *neiue. amplius. de. una. familia. unum. neiue. quei.* | *eum. aliqua. necessitudine. attingat. quae. supra. scripta. sunt. unde. petitum. erit. quom. . . . . quod. aut. lege. Calpu*|rnia. rel."

14) Num ita legendum: „*qui. rei. publicae. causa. a*‖berit"?

15) Infra (Lin. LXXII. et LXXIII.) docemur nostram legem priores de hac re leges non plane sustulisse, sed etiam Seruilia lege lata prioribus legibus agere licuisse de pecunia capta („Si indicium fuit, *fueritue* ex lege, quam L. Calpurnius rel.") Quod equidem non intelligo nisi e prioribus legibus, mutato solum publico iudicio, priuatum remansisse dicam. Eiusdem rei hic uestigium adesse suspicans, a iudiciis hic exclusos fuisse arbitrabar eos, qui ipsi repetundarum rei facti

|DE*LATVM. SI*|T.[x]) QVOS. IS. C. VIROS. EX. H. L. EDIDERIT.[y]) DE.
EIS. ITA. FACITO. IOVRET. PALAM. APVD. SE. CORAM.[z]) ‖ *AR-*
VORSARIO. IS. VNDE. PETETVR. SESE. DE. CDLVIREIS.
QVEI. ‖‖ *IN. EVM. ANNVM. LECTEI. ERVNT. NEMINEM.* XXIV.
IN. IVDICES. LEGISE. QVEI. ARVORSARIVM. VLLA. N‖E- (XI, 19.)
CESITVDINE.[aa]) ATINGAT.[bb]) QVAE. SVPRASCRIPTA.[cc]) SIENT.

x) DE legit solus Vrsinus; T. sched. et Vrs.

y) E ante DIDERIT in tab. abrasum esse testantur schedae.

z) Sig. COR. .

aa) Sig. NECESSITVDINE.

bb) Ita scripsimus schedarum ex auctoritate; Sig. et Vrs. ATTINGAT.

cc) Sig. et Vrs. refragantibus schedis „SVPRA. SCRIPTA." scribunt.

quod hac lege nomen | de*latum si*|t (16). Quos is C uiros ex hac
lege ediderit, de eis ita facito, iuret palam apud se coram ‖ *aduer-*
sario is unde petetur, sese de CDLutris qui ‖‖ *in eum annum* XXIV.
lecti erunt neminem in iudices legisse, qui aduersarium ulla n‖e-
cessitudine attingat (17), quae supra scripta sint. Q. unde petitum
erit, quomi‖*nus* (18) |—|. *Si ita uterque tam is, qui petet, quam*
is, unde petetur centenos ‖ uiros (19) ediderit, iuraritque, tum is

essent, siue cum iis sacramento actum esset, id est, priuato iudicio (Gaius IV, §. 13. sq.), siue publice accusati essent, hac lege Seruilia. Caeterum non dubitabam quin haec lex Calpurnia eadem sit, quae prima de repetundis perpetuas instituit quaestiones. Iuniam autem legem praeter hunc locum non noui; Sigonius eam M. Iunio Penno, Tr. pl. Lepido et Oreste coss., tribuit, eamque primum exilium damnato inflixisse suspicatur. De exilio autem mox alia dicemus, Cap. XI. not. 6.

16) Ita iam Sig. bene restituit.

17) Sig. „apud. se. cor|*am. se.* (?) *eos. scientem. d. m. non. legisse.* | — *Vbei. is. ita.* Quiros. caet." Cf. not. 7.

18) Verba „*Q. unde petitum erit quominus*" nimis incerta uidebantur, quam ut ex eis pergere possem.

19) Numerum C, quem Sigonius quoque hic desiderari coniecit, per *centenos* dissolui, quoniam reliqua omnia nos cogere uidebantur, ut hunc locum ad utrumque, tam eum qui peteret, quam eum unde petendum esset, traheremus. Mox (Lin. XXVI.), nullo apposito discrimine, disseritur de iudicibus, „*quos is qui petet, et is unde petetur legerint, ediderint.*"

Q.[dd]) VNDE. PETITVM. ERIT. QVOMI‖*NVS.*[ee]) |—| *SEI. ITA. VTERQVE. TAM. IS. QVEI. PETET. QVAM. IS. VNDE.*
(VIII,24.) *PETETVR. C.* ‖ VIROS. EDIDERIT. IVRARITQVE.[ff]) TVM. EIS. PR. FACITO. VTEIS. VNDE. PETETVR. DIE. |... *POSTQVAM.* | EIVS. NOMEN. DELATVM. ERIT. QVOS. C. IS. QVEI. PETET. EX. H. L. EDIDERIT. DE. EIS. IVDICES. ‖ *L. LEGAT. ET. VTEI. IS. QVEI. PETET. DE. EIS. QVOS. C. IS. VNDE.*
XXV. *PETETVR. EDIDERIT.* ‖| *TOTIDEM. IVDICES. LEGAT. SEI. VTERQVE. TAM. IS. QVEI. PETET. QVAM. IS. QVOIVS.*
(XI, 20.) *NOM*‖EN. EX. H. L. DELATVM. ERIT. L. IVDICES. EX. H. L.[gg])

dd) Abest *Q* ap. Maz.

ee) Sched. et Maz. QVOMI; Vrs. et Sig. QVOM.

ff) Sig. IO*V*R.

gg) Sig. dissoluit compendium.

Praetor facito, ut is unde petetur die |... (20) *postquam* | eius nomen delatum erit, quos Centum is, qui petet, ex hac lege ediderit, de eis iudices ‖ *quinquaginta legat* (21), *et ut is qui petet, de eis, quos Centum is*
XXV. *unde petetur ediderit,* ‖| *totidem iudices legat* (22). *Si uterque, tam is qui petet, quam is cuius nom*‖en ex hac lege delatum erit, quinquagenos (23) iudices ex hac lege non legerit edideritue ‖ siue

20) Sigonius, ex sua saltem loci restitutione, inepte scripsit: „*XX. postquam*;" nobis quidem siue nostram siue aliam sequentibus explicationem, incertus uidebatur numerus ideoque hic et supra eum deleuimus.

21) Sig.: „iudice|*s. L. legat. edatue. dum. nequem. eorum. legat. edatue. quei. sibei. socer. gener. uitricus. priuignusue.* | *siet. queique. sobrinus. propiusue. eum. ea. cognatione. queiu*|e. sodalitate attingat." In his numerum L Sigonius recte recepit e lin. 20. tab. XI. Reliqua autem uix cuiquam placebunt, quem non fugerit, eadem iam dicta esse in prioribus.

22) Cf. not. 1.

23) Omnia, quae sequuntur usque ad uerba „‖ em. legat." de iudicibus egisse uidentur, qui aduersus hanc legem lecti, inque quorum locum alii legendi forent, singula autem, cum corrupta

NON. LEGERIT. EDIDERITVE. ‖ SEIVE. [hh]) |—E. [ii]) ‖ SODALI- (VIII, 25.)
TATE. ATINGAT. QVEIVE. IN. EODEM. CONLEGIO. [kk]) SIET.
EX. H. L. NON. E|—|. EVM. PR. ADVORSARIVMVE. [ll]) MO-
RAM. [mm]) NON. ER|IT. QVO|MINVS. [nn]) LEGAT. EDATV‖E. [oo])
|—‖|—‖ EM. LEGAT. QVEI. ITA. LECTEI. ERVNT. EIS. IN. EAM. XXVI. (XI, 21.)
REM. IOVDICES. SVNTO. EORVMQVE. EIV‖S. |—‖

hh) SEIVE addunt Sig. et Vrs.

ii) E. Sig. et Vrs.

kk) CO*LL*EGIO. Sig.

ll) ADVORSARIV*S*VE. Sig.

mm) MOR*A*. Sig.

nn) IT. QVO. habent Sig. et Vrs.; in schedis desideratur.

oo) Apud Sig. uersus desinit in QVOMINVS. In schedis sequitur ER * * I * EDATV; Vrsinus plenius legisse testatur: LEGAT. EDATVE. quae recipere non dubitauimus.

|—|e‖ sodalitate attingat, quiue in eodem collegio sit, ex hac lege
non e|—| eum Pr. aduersariumue moram non erit, quominus legat
edatu‖e|(24) —‖|—‖em legat. Qui ita lecti erunt, ei in eam rem XXVI.
iudices sunto eorumque eiu‖s|(25) — .‖

passim uiderentur quae extant, emendationibus ne turbarem uerebar et ideo in integrum restituere nolui.

24) Sigonius nunc demum lineam 20. tab. XI. recipiens, eamque ut supra lineae sequenti temere iungens, sinistre ita pergit: „quominus. | *legantur. edanturue; si. is. quei. nomen. ex. h. l. detulerit. Cuiros. h. l. non. legerit. edideritue. seiue. eius. quoium. nomen. ex. h. l. delatum. erit. L. iudices. h. l. non. legerit. edideritue.* | . . . *Pr. quei. ex. h. l. quaeret. indices. legat. Quei. ita. lectei. erunt. eis. in. eam. rem. iudices. sunto.*"

25) Sigonius haec perperam cum sequentibus ita iunxit: „*eorumque. iudices. sunto.* | utei. scripta.;" est enim, ut schedae testantur, initium lineae 26. tab. VIII. noui capitis inscriptio, quam, ut solet, uacuum praecedit spatium.

Caput IX.

De iudicum patronorumque nominibus in tabulis seruandis.

(VIII,26.) VTEI. SCRIPTA. IN. TABOLEIS. HABEANTVR. PR.
QVEI. EX. H. L. QVAERET. FA|CITO. *VTEI.. VIROS.* QV|OS [a])
IS. QVEI. PETET. ET. [b]) VNDE. PETETVR. EX. H. L. LEGERINT.
ED|IDERINT. EOS|QVE. [c]) || PATRONOS. [d]) *QVOS. IS. QVEI.*
PETIVERIT. ET. IS. VNDE. PETITVM. ERIT. SIBEI. NO-
XVII. *MINAVERINT.* ||| *QVEIVE. EIEI. QVEI. PETET. A. PR. EX.*

a) In schedis FA | — | OS ; Vrs.: *FACITO* | — | OS.; solus Sig. dat: FACITO. VTEI. L. VIROS. QVOS. omnia quasie tabula. Non autem dubito, quin haec Sigonius ex ingenio apposuerit ex sua capitis de lectione iudicum restitutione allecta. Neque enim schedae, neque Vrsinus haec confirmant, licet Sigonius in his lacunis, quae fracta oriuntur tabula VIII., ne litteram legerit, quae Vrsino ignota manserit. Omnia uero praeter numerum tanquam restituta retineri posse censui.

b) Sigonius pro ET. legit EI.

c) IDERINT. EOS., quae Sigonio et Vrsino debemus, absunt in schedis.

d) PATRONOS. siue Bluhmium fugerit, siue nunc in tabula abrasum sit, solis iisdem Vrsino et Sigonio acceptum est ferendum.

Vti scripta in tabulis habeantur (1). Praetor, qui ex hac
lege quaeret, fa|cito *ut . uiros* (2), qu|os is, qui petet, et unde pete-
tur ex hac lege legerint ed|iderint eos|que|| patronos, *quos is, qui*
XXVII *petiuerit, et is unde petitum erit, sibi nominauerint* |||, *quiue ei*
qui petet, a Praetore ex hac lege dati erunt, in tabulis publicis

1) Haec uerba, quae, cum schedis testibus uacuum antecedat et sequatur spatium, non ut Sigonius noluit antecedentis capitis finem, sed noui inscriptionem continent, si quaeris, quonam pertineant, te sane quae mox sequentur monebunt, non solum iudices, sed etiam patronos scriptos fuisse in tabulis publicis seruandos. Latior igitur oratio „*scripta* habeantur" ad omnia pertinuisse uidetur, quae in tabulis erant scribenda, id est, tam ad iudicum, quam ad patronorum indices.

2) Dubius utrum *Centum* an *Quinquagenos uiros* esset scribendum, numerum plane omisi.

H. L. DATEI. ERVNT. IN TABOLEIS. POPLICEIS. SCRIPTOS. HABEAT. EIQVE. QV||EI.[e]) PETIVERIT. ET. VNDE. (XI, 22.) PETITVM. ERIT. QVEI. EORVM. VOLET. EX. TABOLEIS. POPLI||*CEIS.*[f]) *EORVM. NOMINA. LEGVNDI. SEMPER. IOVS. POTESTASQVE. ESTO.*

e) VEI. Sig. et Vrs.

f) Apud Maz. desinit tabula in PO.

scriptos habeat (3), *eique qu*|i petiuerit, et unde petitum erit, qui eorum uolet, ex tabulis publi||*cis eorum nomina legundi semper ius potestasque esto* (4).

3) Duplex olim fuisse patronorum genus, prout a ciuibus Romanis nominarentur, uel peregrinis auctoritate Praetoris darentur, iam uidimus supra. Cf. Cap. IV. not. 1. Vtrumque hoc patronorum genus nostram legem diserte hic enumerasse persuasus, utrumque seorsim in hac lacuna recensui. Sigonius, in restituendo hoc loco, uerbum finitum orationis interiectae plane omittere, quam in hoc discrimen incidere maluit ita pergens: „patronos. | *quos. quei. petiuerit. et. unde. petitum. erit.* (sibi nominauerint an dati acceperint??) *quei. eorum. uolet. ex. tabulis. publicis. descriptos. habeat.*"

4) Nihil magis utrisque partibus ex tabulis publicis licere debuisse par est, quam iudicum patronorumque nomina legere. Inde, ea assumpta formula, quam ante quoque cum uerbis „*qui eorum uolet*" quae hic redeunt, coniunctam uidimus, reliqua quae apposui facile colligere posse mihi uidebar. Cf. cap. VII. not. 13.

Caput X.

De perpetuitate iudicii.

(VIII. 27.) EISDEM. [a]) IOVDICES. VNIVS. REI. IN. PERPETVOM. SIENT. QVEI. IVDICES. | *AB. EIS. ITA. LECTEI. ERVNT.* Q|VAM [b]) IN REM. EIS. IVDICES. LECTEI. ERVNT. || *IN. EAM. REM. IN PERPETVOM. SVNTO.*

a) De forma EISDEM pro EIDEM et EIS pro EI in sequentibus uid. Cap. IV. not. 2.

b) QVAM. Sig. et Vrs.; in schedis nihil nisi VAM.

Eidem iudices unius rei in perpetuum sint. (1) Qui iudices | *ab eis ita lecti erunt* (2), q|uam in rem ei iudices lecti erunt, || *in eam rem in perpetuum sunto* (3).

1) Sigonius: „*Vtei.* eisdem iudices"; Bluhmius uero ante EISDEM. uacuum adesse testatur spatium.

2) Verba „ab. eis. ita. lectei. erunt." Sigonio debemus, qui optime ita coniunxit.

3) Finem quoque capitis Sigonio debemus. Sententia loci ex inscriptione capitis certa est.

Caput XI.

De uadimonio et exilio.

DE. VADIBVS. DANDEIS. *PR. QVEI. EX. H. L.*
QVAERET. FACITO. VTEI. ||| *EVM. QVOIVS. NOMEN. DE-* XXVIII.
LATVM. ERIT. IVDICIO. ADFVTVRVM. CERTO. DIE.
PVBLICE. VADETVR. IS. Q||VEI.[a]) PEQVNIAM.[b]) EX. | *H.* (XI, 23.)
L. PETET. | TVM.[c]) OB. EAM. REM. QVOD. PEQVNIAM. EX.

a) Solus Mazochius *QVEI.*

b) Hic et paullo infra Sigonius more suo scripsit PEQVVNIAM.

c) Sig. et Vrs. post lacunam pergunt *E*VM Schedae dant *T*VM, quod aptius uidebatur reliquis.

De uadibus dandis (1). *Praetor, qui ex hac lege quae-*
ret, facito ut ||| *eum, cuius nomen delatum erit, iudicio adfu-* XXVIII.
turum certo die publice uadetur (2) *is,* q||ui pecuniam ex | *hac*
lege petet (3). | Tum ob eam rem, quod pecuniam ex hac lege ce-

1) Licet disertis uerbis non est in huius capitis reliquiis de uadibus sermo, tamen ad eos haec omnia referre non dubitaui; uidemus enim in sequentibus (Lin. XXIX.) de eis agi, *a quibus Praetor quaerere debuerit, si reus prius in exilium abierit, quam ea res iudicata esset*, quae uerba uix alios quam uades spectare potuisse sane concedes. Coniunximus quae adsunt fragmenta ita, ut prius dictum fuerit in genere de uadibus dandis, deinde de eorum immunitate a poena reo quoquo modo infligenda, tum de iudicio contumaciae aduersus reum absentem, postremo de uadibus ex uadimonio eatenus obnoxiis, quatenus rei exulis bona publice possessa non sufficerent.

2) Non solum in priuatis (Acron in Horat. Serm. I, 1, uers. 11.) uerum etiam, saltem post tempora Caesonis Quinctii ut uulgo traditur, in publicis iudiciis, actor reum *uadari* solebat, eum *certo die affuturum.* Liuius III, 13. „Vades dare placuit. — — decem finierunt tot uadibus *accusator uadatus est reum.* Hic (Quinctius) primus uades publicos dedit." Acron l. c. „*Vadibus* — promittit is, qui ad iudicium prouocatur, *certo die affuturum.*"

3) Verba „*h. l. petet*" e consueta legis formula lacunae intuli; in tabula desunt.

H. L. CEPER‖*IT.*[d]) *SEI. QVIS. EX. H. L. CONDEMNATVS. ERIT. CENSOR. VADEM. NEQVE. SENATV. NEQVE.*

VIII, 28. *TRIBV. MO*‖VETO. NEIVE. EQVOM. ADIMITO. NEIVE.[e]) QVID. EI.[f]) EIVS. EAM. REM. FRAVDI.[g]) ESTO. | *QVAE. SVPRA.* SC‖RIPTA.[h]) SIENT. PR. QVEI. EX. H. L. N‖*OMEN.*[i]) *RECEPERIT. FACITO. VTEI. ABSENTEM. CONDEMNET. EIQVE. AQVA. ET. IGNI. INTERDICAT. BONAQVE. PVBLICE.*

XXIX. *POSSIDEANTVR.* ‖ *EIVS. QVEI. DIE. DICTO. IVDICIO.*

d) Maz. dat CAPIET.; reliqui omnes CEPER.

e) NEI. VE. Vrs.

f) Teste Bluhmio EI. in tab. est superscriptum; Vrs. ideo plane non agnoscit.

g) FRAVD*EI.* Sig. Vrs.

h) In schedis post lacunam est RIPTA; plenius dant uocabulum Sig. et Vrs.

i) Schedae in fine lineae dant IV uel N, cuius uestigia neque Vrs. legit, neque Sigonius, qui restituit ex formula consueta: *QVAERET.* Equidem haec e tabula retinere non dubitaui, cum praesertim eadem redeant infra Lin. XLVI. (XIII, 9.).

per‖*it, si quis ex hac lege condemnatus erit* (4), *Censor uadem neque senatu neque tribu mo*‖ueto, neue equum adimito, neue quid ei eius eam rem fraudi esto, | *quae supra* sc‖ripta sint. (5) Praetor, qui ex hac lege n‖*omen receperit, facito ut absentem condemnet, eique aqua et igni interdicat, bonaque publice possidean-*

XXIX. *tur* ‖ *eius, qui die dicto iudicio non adfuerit et prius quam ea*

4) Neminem propius ad poenam eius, qui pecuniam ceperit, accedere constat, quam qui uadimonium susceperit; quaeri igitur poterat, utrum rei condemnatio uadibus damno esse deberet, id quod ibi in hac lege, ubi primum de uadibus dictum erat, negatum uidetur. Verba quibus Sigonius huius uersus initium restituit, „*Censor. neiue. tribu. mo*‖ueto.", cum reliquis ita coniunximus, ut senatus quoque fieret mentio, quae cum de equestri ordine dictum sit praetermitti non poterat.

5) Mira est illa oratio „EI. EIVS. EAM. REM.", sensu tamen non dubio. Nihil enim, quod reo exprobretur (NEIVE. QVID. EIVS.), uadi publico (EI.) obiici posse praescribitur ita, ut neque, si praesens condemnetur reus, uadi lis possit aestimari, neque, si absens, ille possit ordine uel ciuitate moueri (EAM. REM. FRAVDI. ESTO.). Formulam „*quae supra scripta sint*" restitui e Lin. XXIV. (XI, 19.).

NON ADFVERIT. ET. PRIVS. QVAM. EA. RES. IVDICATA. ERIT. VRBE. CESSE||RIT. AVT. IN. EX|ILIVM.[k]) ABIERIT. (XI, 24.)

k) „ILIVM. ABIERIT. Q," quae lineis inclusi, primum faciunt uersum frusti inferioris, quod iam uti nunc haec tabula Neapoli asseruatur desideratur. De iis recensionibus, quas totius tabulae aliunde nouimus, Vrsini potissimum in hac parte describenda secutus sum, Sigonii et Mazochi uarias ut supra adiiciens lectiones. Inter ABIERIT. et QVOIVM, tam Vrsinus quam Sigonius uacuum adfuisse testantur spatium.

res iudicata erit urbe cesse||rit aut in ex|ilium abierit (6). C|uius no-

6) Siquis die dicto iudicio non adfuerat et prius quam ea res iudicata esset urbe cesserat et in exilium abierat, id iudicio confirmari, condemnatoque aqua et igni interdici solere, non est qui nesciat. Cf. Nic. Antonius de iurib. exulum cap. VI. et VII. (in thes. Meerman. III. p. 18 sqq.). Moneamus autem hoc loco, hunc unicum fuisse modum, quo exilii poena a repetundarum damnato expeteretur, quanquam non ignoramus, uulgo exilium simili modo quo litis aestimationem cum omni condemnatione coniunctum tradi, auctore Asconio in Cic. Verr. act. I, c. 13. Cf. Sigon. de iudic. II, 27. Heinecc. antiq. IV, 18, 72. sqq. Originem huius rei nondum quidem ab initio repetundarum iudicii repetendam censent, quod L. Lentulum anno urbis 605 repetundarum damnatum et 606 Censorem creatum esse constet. Val. Max. VI, 9. 20. Mox autem C. Catonem repetundarum a Macedonibus accusatum, exilioque damnatum esse nescio an recte colligant e Velleio (II, 8.) idque legi Iuniae adscribant, quam supra uidimus a Sigonio anno 627 tribui. Postea uero quod Rutilius repetundarum damnatus et in exilium missus narratur in Liuii epit. LXX., idem caput de poena exilii retinuisse legem Seruiliam Glauciae, idque inde migrasse contendunt in legem Corneliam. Verum enimuero neque haec exempla probant *praesentem* quemquam exilio damnatum esse neque Asconius ita dicit damnari debere, et dubia dudum res facta est uiris doctis lege Iulia Caesaris, quam cum ceteris repetundarum legibus acrior seueriorque esset, ut res ipsa docet testaturque Cicero passim (pro Rab. Post. c. 4. in Vatin. c. 12.), tamen damnatos e senatu mouere (Suet. Iul. c. 43. Otho c. 2. Tac. hist. I, 77. et annal. XIV, 24.), eosdemque a testimonio dicendo prohibere contentam (L. 6. ad L. Iul. repetund.), omnibus condemnatis exilium non inflixisse, certissimum est. Cf. Lips. ad Tac. annal. l. c. et Heinecc. l. c. Quodsi ad Seruiliam nunc redeamus legem, inueniemus ex ea omnino neminem nisi in causa absentiae in exilium condemnari potuisse. Infra enim illam uidebimus disserere de reo condemnando (Lin. LIV.) post de eo quod esset in condemnatione, hoc est, de litibus aestimandis, tunc autem statim ad res condemnationi alienas, uidelicet ad officia magistratuum in hoc iudicio (Lin. LXVIII.) et ad praemia ciuitatis (Lin. LXXV.) pergit, neque uerbo eo loco tetigit exilium, quo, si per se condemnationem sequeretur, praeteriri non potuisset. Hoc uero in capite, ubi de uadibus agitur, cum inueniamus exilii mentionem, non est dubitandum, quin ut diximus tunc modo exilium fuerit in condemnatione, si antequam ea res iudicata esset, reus sponte sua abiisset; id quod fortasse in omnibus obtinuit publicis iudiciis si recte traditur „neminem ciuem Romanum aut libertatem aut ciuitatem amittere potuisse, nisi ipse *auctor factus fuisset.*" Or. p. domo c. 29. 30. Cic. p. Caecina c. 33. Sigonius omnia intacta reliquit, nisi quod ex consuetis formulis illa uerba adiecit: „ex. h. l. || *quaeret. facito. utei.*"

QVOIVM. NOMEN. EX. H. L. DELATVM. ERI||T.[l]) *SEI. EIVS. BONA. NON. SVFFICIENT. VBEI. PRIVS. VRBE.* (VIII,29.) *CESSERIT. AVT. IN. EXILIV*||M.[m]) ABIERIT. QVAM. EA. RES. IVDICATA. ERIT. PR. AD. QVEM. EIVS. NOMEN. D|*ELATVM. ERIT. EAM.*[n]) | REM. AB. EIS. ITEM. QVAERITO. || *QVEI. VADIMONIVM. SVSCEPERINT. IN. QVANTVM. VADIMONIVM. FVERIT. CONSTITVTVM.*

l) Sched. et Maz.: ERI; Vrs. et Sig. plenius ERIT.

m) Sig. et Vrs.: VM.

n) Vrs.: „D| . . . .|M. REM.;" ex his Sigonius litteram D, quae in sched. abrasa aut in N mutata uidetur, et schedae etiam litteram M ante REM non agnoscunt.

men ex hac lege delatum eri||t, *si eius bona non sufficient, ubi prius urbe cesserit, aut in exiliu*||m abierit, quam ea res iudicata erit, Praetor, ad quem eius nomen d|*elatum erit, eam* (7) | rem ab eis item quaerito || *qui uadimonium susceperint, in quantum uadimonium fuerit constitutum* (8).

7) Haec ita Sigonius restituerat, ut nihil esset in eis mutandum.

8) Non est dubium, quin uades publici eatenus solum, condemnato reo absente, obnoxii fuerint, quatenus bona eius, cui aqua et igni interdictum fuerit, publice possessa non suffecerint et quatenus ipsi uadimonium susceperint. Quamobrem primum apposui „*si eius bona non sufficient*," et deinde, *in quantum uadimonium fuerit constitutum*"; reliqua, si haec tibi erunt probata, non egent defensore. Sigonius uersum 24. tab. XI. suo loco praeteriit et hunc fere in modum initium et finem huius uersus restituit: „*Si. quoium. nomen. ex. h. l. delatum. erit. prius. urbe. cesserit. aut. in. exili*||um. abierit. — quaerito. || *ad. quos. pequniam. peruenisse. constiterit.*" Caput autem QVO. EA. PECVNIA. PERVENERIT. quin ab his ipsis uerbis in lege Seruilia cui primum debetur inceperit, uix est qui dubitet; deinde uero ex hoc capite non tum solum, ut Sigonius uoluisse uidetur, quaestio exoritur cum reus exilii causa solum uerterit, sed ubicunque pecuniae captae ad alios peruenerint praeter repetundarum reum. Conf. cap. I. not. 15.

Caput XII.

Fragmenta minora.

|—|||—| *PR. SEI.* || N|OMEN. EX. H. L. AD. SE. DELA- XXX. (XI, 25.)
T|VM. ERIT. FACITO. VTEI. IOVDICIVM. P. || —| *VTEI. Q*||VOD. (VIII, 30.)
RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. DVM. NEIQVID.[a]) ADVOR-

a) NEI. QVID. Vrs.

(1) —|||—| *Praetor, si* || n|omen ex hac lege ad se delat|um xxx.
erit, facito ut iudicium p ||—| *uti q*|uod recte factum esse uolet, (2)
dum nequid aduersus hanc legem fiat | aut —(3) sec|undam neue

1) Singula, quae a linea XXIX. usque ad lineam XLVIII. in tabulis supersunt legis fragmenta, tam parua sunt et abscissa, ut raro plus in singulis lineis quam quarta pars tulerit aetatem, ideoque, nequis nimiae nos industriae atque cupiditatis accusaret, horum fragmentorum restituendorum ne periculum quidem feci, nisi forte unum aliquod uocabulum uel consueta aliqua formula erat restituenda. Sigonius quidem aeque ac supra restituere pergit, uerum, ut mox uidebimus, neque coniungit quae sunt abrupta, neque restituendo plus efficit, quam repetitionem earum rerum, quae iam sunt in tabulis. Omnia autem, quae hic supersunt, ad rem iudiciariam pertinuisse tam ex multis colligitur fragmentis, quorum sensum diuinare possumus, quam ex plurium capitum inscriptionibus quae integrae sunt seruatae. Quae tamen ex his inscriptionibus singula se indicant legis capita, ea omnia, ut spatio parcerem in hoc nostro capite coniuncta dedi. Alioquin enim saepenumero capita seiunxissem, de quibus nihil uel parum superest praeter solam inscriptionem et in reliquis, quae non ut singula capita diserte se indicant, tamen nesciremus utrum seiuncta fuerint an ita cohaeserint. Quod ad Sigonium attinet, is pergit in hac ipsa linea hoc modo: *„Pr. utei. iudicium. exerceat. Pr. quei. ex. h. l. quaeret. quoium. nomen. ex. h. l. ad. se. delatum. erit. facito. utei. iudicium. publicum exerceat.“* Quae tamen, licet uersum 25. tab. XI. suo loco posuerit, recipere non sum ausus; eoque minus quo leuioris sunt ea momenti, quae ex hac restitutione ad omnem loci sententiam eruendam redundant.

2) Huius formulae *„uti quod recte factum esse uolet“* infra quoque sunt uestigia (Lin. LXXI. et LXXII.) eaque satis est nota e lege Quinctia ap. Frontin. de aquaed. ed. Poleni p. 228. et ex legis Mamiliae et Peducaeae fragmentis ap. Briss. de Formul. II, ap. 26 ubi uero pro *„uti quod“* legitur *„utique“*.

3) Sigonius huic lacunae inseruit *„actionem“*, quonam autem sensu non intelligo equidem. Reliqua in hoc uersu Sigonius quoque intacta reliquit.

SVM.[b]) H. L. FIAT. | AVT[c]) — SEC|VNDAM.[d]) NEIVE. POST. H. ‖
XXXI. (XI, 26.) L. ROG.[e]) | — ||| — ‖ CONQVAERI. IN. TERRA. ITALIA. IN. OP-
(VIII, 31.) P|EDEIS. FOREIS.[f]) CONCILIA‖B*OLEIS.*[g]) | — | *CON*‖CILIABO-
LEIS. VBEI. IVRE.[h]) DEICVNDO. PRAEESSE.[i]) SOLENT. IN. QVI-
XXXII. (XI, 27.) BVS. D|[k]) — *PRAE*|TOR.[l]) QVEI. EX. H. L. QVAERE‖T.[m]) — ||| — ‖
AVDIERIT. QVOD. EIVS. REI. QVAERVNDAE.[n]) C|ENSEANT. RE-

b) ADVORSVS. *Sig. Vrs.*
c) Solus Sigonius exhibet AVT.
d) VNDAM. in schedis; plenius apud Sig. et Vrs.
e) L. ROG. legit unus Sigonius.
f) FEREIS Maz.
g) CONCIL. Sig.; CONCILIEI Maz.; CONCILIAI sched.; CONCILIAB Vrs.
h) IOVRE Sig. Vrs.
i) PRAESSE. *Sig.* Vrs.
k) D deest Sigonio.
l) PR. Sig.
m) Litteram *T* legerunt Sig. et Vrs.
n) QVAERVNDAI Maz.

XXXI. post hanc ‖ legem rogatam | — ||| — ‖ conquiri in terra Italia (4) in opp|idis foris concilia‖b*ulis* | — | *con*‖ciliabulis, ubi iure dicundo praeesse solent, in quibus d | (5) — *Prae*|tor, qui ex hac lege quaere‖*t* (6)
XXXII. — ||| — ‖ audierit quod eius rei quaerendae c|enseant referre, et c ‖ —

4) Illum loquendi usum „*in terra Italia, extra terram Italiam*" habemus etiam in lege Thoria, Lin. 1., 11., et 13. (inscript. Vrs. num. I). Omnem uero hunc uersum 26. tab. XI. Sigonius perperam cum sequentibus ita iunxit, ut finem uersus plane dempserit: „*iubeatque. conquaeri. in. terra. Italia. in. oppidis. foris. con*||ciliaboleis." Caeterum quae hic perierunt ualde sunt dolenda, cum hisce amissis, uix sciamus quaenam illa fuerit uis in inquirendo quam, Cicerone teste, lex dabat accusatoribus, qui ad tabulas litteras librosque conquirendos, ciuitatem Romanam Italiam prouinciasque ad propriam utilitatem magis quam ad praeparandam accusationem peruagari solebant. Cf. Cic. in Verr. lib. I, cap. 6.

5) Sigonius restituit: d|*iebus. agatur* | ."

6) Sigonius addit: „*facito. utei.*"

FERE.[o]) ET. C.[p]) ‖ — ‖ RE. IVBETO. ET. QVOM. EI. RES. AGE- (VIII,32.)
TVR. QVAM. IN. REM. QVISQVE. TESTIS. ER|*IT. FACITO.*
VTEI. O|MNES.[q]) ADSIENT. TESTIMO‖*NIO.* | — ‖| — ‖ VM. EIVS. XXXIII. (XI,28.)
FIDE. QVAERAT. QVEIVE. IN. FIDE. EIVS. | SIET. MAIORESV‖*E.* (VIII,33.)
| — | *CA*‖VSAM. DEICET. DVM.[r]) TAXAT. VNVM. QVEI. VE.[s])

o) REFERRE Sig. Vrs.

p) Pro ET. C. Maz. legit: EIC.

q) O in OMNES legerunt Vrs. et Sig.

r) TVM Sig.

s) VE. in tab. est superscriptum.

‖re (7) iubeto et cum ei res agetur, quam in rem quisque testis er|*it,* *facito ut* (8) o|mnes adsint testimo‖*nio.* (9) | — ‖| — ‖ um eius fide quae- XXXIII. rat, quiue in fide eius sit, maioresu‖*e* | (10) — | *ca*‖usam dicet, dun-

7) Sigonius initio huius lineae nouum ita exorditur caput: „*De. testibus. citandeis. Pr. quei. ex. hac lege. quaeret. in. singulas. res. testimonium. denuncia*‖re. iubeto." Etiamsi uero concedamus in deperditis hic de testibus fuisse sermonem, tamen singula quae hic praemittuntur certioribus argumentis non uidentur firmata.

8) Haec uerba Sigonius lacunae intulit, nec ea retinere dubitaui.

9) Sigonius non solum uersum 31. tab. XI. hic iam inepte inserens, uerum etiam uersum 27. eiusdem tabulae, quod uix aliquis crediderit, e linea antecedente cum illo fragmento iungens, ita hic pergit: „testimo‖*nio. deicendo.* [*et. utei. testium. quei. in. eam. rem. erunt. uerba. audiat.*] *ubei* [*audierit. quod. eius. rei. quaerendae. causa. censeant. referre.*]." Quae hic primum inclusi desumta sunt e uersu 31., quae postremo e uersu 27. tabulae XI.!

10) Si illud legis Iuliae caput de testibus, de quo supra monuimus (cap. IV. not. 9.), tralatitium dicere licet, non est dubitandum, cum eadem hic uerba recurrere uideamus quae supra libertos spectare diximus (cap. IV. not. 10.), quin hoc loco tam cognati affinesque quam liberti, et si Vlpiani fidem habere uelimus, illi inuiti hi omnino, a testimonio prohibiti fuerint. Vlp. lib. IX. de Off. Procons. ad L. Iul. de ui publ. et priu. „*Eadem lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur inuitis capite LXXXVII. et LXXXVIII. — — Hominibus in reum testimonium dicere ne liceto, qui* [*se*] *ab eo, parenteue eius, libertoue cuius eorum libertus libertaue erit*" (inclusi *se* et recepi Tydemani certissimam emendationem pro *libertauerit*). — — „*Homines inuiti in reum testimonium ne dicant, qui sobrinus est ei reo propiorue cognatione coniunctus, quiue socer, gener uitricus priuignusue eius erit.*" Coll. legg. Rom. et Mos. IX, 2. Idem caput Paullus in L. 4. D. de testib. (XXII, 5.) tribuit legi Iuliae iudiciorum publ. nullo autem discrimine facto inter libertos et ceteros.

EIVS. PARENTISVE. EIVS. |—| VE.[t]) SIET. DE. NO[u])
XXXIV. (XI,29.) ‖—‖|—‖ IT.[x]) SECVMVE. DVXERIT. DVM. TAXAT. HOMINES.
(VIII,34.) IIL. EA|RVM. RE‖RVM.[y]) |—| *ACCVSATO*‖R.[z]) QVAE.[aa]) ITA.
CONQVAESIVERIT. ET. SEIQVA. TABVLAS. LIBROS. LEITE-
XXXV. (XI,30.) RASVE. POP |—| PRODV|CERE[bb]) PROFERREQ‖*VE.*[cc]) |—‖|—‖
IVE. DE. EA. RE. VOLET. APVD. PR. IS. PRAETORI.[dd]) MORAM.

t) Ve. deest Sigonio.

u) Ita clare in schedis; Sig. et Vrs. legerunt „DE. T."

x) IT deest Maz.

y) Schedae et Maz. RE; plenius Sig. et Vrs. legerunt.

z) R in solis schedis legitur.

aa) QVAI Sig. et Vrs.

bb) Sched.: GERE; Vrs.: CERE; Sig.: PRODVCERE.

cc) Sig. et Vrs.: PROFERR*I*Q.

dd) PRAETOREI Maz.

taxat unum quiue eius parentisue eius |—‖| ue (11) sit. De no
XXXIV. ‖(12)—‖|—‖ it, secumue duxerit, duntaxat homines duo de quinqua-
ginta ea|rum re‖rum |—| *accusato*‖r (13) quae ita conquisiuerit, et
siqua tabulas libros litterasue pop |—|(14) produ|cere proferreq‖*ue*
XXXV. |(15) ‖|—‖— iue de ea re uolet apud Praetorem, is Praetori moram

11) Sig. inserit: „|*propinquus. affinis*|ue."

12) Noui quod hic incipit capitis inscriptionem Sigonius restituit: „De. t‖*abulis. proferendis.*", cum tamen schedae claris litteris hanc lineam in tabula desinere testentur in „DE. NO.", illa non recepi, licet etiam nostrae lectionis uestigia persequi non audebam.

13) Restitui, „*accusato*|r," quoniam illud *conquirere tabulas libros litterasue*, de quo mox disseretur, neminem praeter illum spectare posse uidebatur.

14) Sigonius inserit „*Rom.*," quod recepissem, nisi uacuum, quod adest spatium, plura desiderasset. Num legendum „pop|*ulo. Romano.* | "?

15) Sigonius: „Proferriq|*ue. oportuerit.*"

NE. FACITO.[ee]) ‖—‖ AT. PRAETOR. VTEI. INTERROGET. (VIII. 35.)
PR. QVEI. EX. H. L. Q‖*VAERET.* |—‖|—| *QVEI. IN. EA*‖M XXXVI. (XI, 31.)
REM. IVDICES.[ff]) ERVNT. ANTEQVAM. PRIMVM. CAVSSA.
D‖*ICTA ERIT.* |—‖ IVDICES.[gg]) QVEI. IN. EAM. REM. ERVNT. (VIII, 36.)
OMNES. PRO. ROSTREIS. IN. FORV‖*M.* |—‖|—| *VO*‖LET. VTEI. XXXVII (XI, 32.)
TESTIVM. QVEI. EAM. REM. ERVNT. VERBA. AVDIAT. ‖—
‖ EAM. REM. MINVS. IOVDICET.[hh]) NISEI. SEI. QVAE[ii]) CAVSA. (VIII, 37.)
ERIT. QVAE. EIE.[kk]) ‖—‖|— *R*‖ECITENTVR. PROSCRIPTA. PRO- XXXVIII. (XI, 33.)

ee) Maz. desinit in FA.

ff) IOVDICES Maz.

gg) Ante IVDICES uel IOVDICES ut Sig. et Vrs. hic scribunt, in schedis uestigia litterae O annotata inuenio.

hh) Sibi inconstans Sig. hoc loco scribit I*V*DICET.

ii) SEIQVAE Sig.

kk) EIS. Vrs.

ne facito ‖—‖ at. Praetor uti interroget.(16) Praetor, qui ex
hac lege q‖*uaeret,* |—‖|—| *qui in ea*‖m rem iudices erunt, ante- XXXVI.
quam primum causa d‖*icta erit.* |—‖ iudices, qui in eam rem erunt, (17)
omnes pro rostris in foru‖*m* |—‖|— *uo*‖let uti testium, qui eam XXXVII.
rem erunt uerba audiat ‖—‖ eam rem minus iudicet, nisi siqua
causa erit, quae ei ‖—‖|— *r*‖ecitentur proscripta propositaque palam XXXVIII.

16) Hoc caput de interrogationibus in iure ita periit, ut ne Sigonius quidem plura ausus sit addere, quam post „q‖*uaeret*" in fine lineae: „*facito. utei.*"

17) Nouum Sigonius quidem huic lineae tribuit caput his uerbis: „*De pronuntiandis. iudicibus. Pr. quei. ex. h. l. quaeret. facito. utei.* ‖ iudices — in foru‖*m. pronuntientur.*"; cum autem ne uerbum „*pronuntientur*" quidem tabulae auctoritate firmatum sit, cumque — quod Sigonium, scilicet qui huius uersus fragmenta iam supra collocauit, non offendit — quae mox sequentur, haec omnia ad testes non ad iudices pertinuisse demonstrent, ab omni parte nobis persuasum est, sine ratione nouum hic a Sigonio factum esse caput, ideoque omnia, quae ille restituit, deserere non dubitaui.

(VIII,38.) POSITAQVE. PALAM. APVD FORVM.[ll]) ‖—| *QVEI. EX. E*‖IS. C. IVDICIS.[mm]) L. LECTEI. ERVNT. IOVDEX. NEIQVIS.[nn])
(XIII,1.) XXXIX. DISPVT‖ET.[oo]) V‖—‖|—‖E. IOVDICIVM.[pp]) ADESE.[qq]) POSSIT.
(XI,34.) (VIII,39.) DE. EA. RE. PR.[rr]) QVEI. EX. H. L.[ss]) ‖ *QVAERET.*|—‖NDO.[tt]) QVAM. REM. PR. EX. H. L. EGERIT. SEI. EAM. REM. PRO-
(XIII,2.) XL. FE‖RET.[uu]) QVOL ‖—‖|—| *VO*‖LET. QVOIVS. EX. H. L. NOMI-
(XI,35.)

ll) Maz. desinit in FOR.

mm) *IOV*DICES. Sig.

nn) NEI. QVIS. Vrs.

oo) Primam lineam tab. XIII., quam hic adiunxi, Bluhmio debeo; ap. Vrsinum enim abest. In litteris ET tabula fracta est, ideoque hae iam in tab. VIII. ante legebantur.

pp) I*V*D. Sig.

qq) ADESSE. Sig.

rr) PRAETORI Maz.

ss) Pro H. L. Maz. legit: HAC.

tt) NIO. Sig.

uu) Apud Sig. desinit Lin. 39. tab. VIII. in PROFER. Apud Vrs. tab. XIII. lin. 2. scribitur per ET. QVO.

apud forum ‖—| *qui ex e*‖is centenis iudices quinquageni lecti
XXXIX. erunt. (18) Iudex nequis disput‖et (19) u‖—‖|—‖e iudicium adesse possit, de ea re Praetor, qui ex hac lege ‖ *quaeret,* |—‖ndo. (20) Quam rem Praetor ex hac lege egerit, si eam rem profe‖ret (21)
XL. cui ‖—‖|—| *uo*‖let, cuius ex hac lege nominis delatio erit, ei eius

18) *„Quei. ex. e*‖is." iam Sig. restituit. Cf. cap. VIII. not. 1. et 19.

19) Satis est notum, singulis in iudiciis publicis iudicibus nullum fuisse praeter suffragii ferendi ius; iam disertis in hoc capite uerbis iudicibus pro suffragiis disputationem proferre uetitum fuisse probat haec inscriptio.

20) Sigonius restituit: *„De differendo. uadimon*‖io., quod ex nostra lectione facile mutari possit in: *„De. uadimonio. differu*‖ndo." Verum de uadimonio iam supra sermonem fuisse uidimus cap. XI., ideoque praetulerim: *„De. iudicio. differu*‖ndo."

21) Sigonius restituit: „profer‖*re. in. alium. diem. placuerit. ei. proferre. ius. siet.* Cf. not. 20.

NIS.[xx]) DELATIO. ERIT. EI. EIVS. REI. PE‖*TITIO.* | — ‖ IT.[yy]) VT. (VIII,40.)
EIVS. AD. SESE. VENIAT. AVT. ADFERATVR. CORAM. EO. QVE‖I.[zz]) (XIII,3.)
POSTVLAVER‖*IT.* | — ||| — | *SEI. IVDE*X. ‖ QVEI.[aaa]) EAM. REM. XLI.
QVAERET. EX. H. L. CAVSAM.[bbb]) NON. NOVER‖*IT.*| — |*DE*‖QVE. (XI, 36.). (VIII,41.)
EA. RE. HACE. LEGE. IVDICIVM.[ccc]) LITISQVE. AESTVMATIO. ‖ (XIII, 4.) XLII.
ESTO. QVASEI. SEI. EIV‖*S*[ddd]) | — ||| — ‖ IOVDICIVM.[eee]) FIERI. (XI,37.)
OPORTEBIT. TER‖ — ‖DAM.[fff]) | — |BVS. IN. CONTIONE. PRO. RO- (VIII,42.)
STRIS. SENTEN‖TIA. ITA. PRONONTIATO. FEC.[ggg]) ‖ — ||| — | *AN*‖TE. (XIII, 5.) XLIII.
QVAM. IBVNT. FACITO.[hhh]) IOVRENT.[iii]). SESE. ‖ — | *SEI. IVDEX.* (XI,38.)

xx) Pro *N*OMINIS scribit Maz. *H*OMINIS.
yy) Sig.: „*FAC*|ITO. VT. *EIS*."
zz) In littera I fracta est tabula.
aaa) VEI Maz.
bbb) CAVSSAM Sig.
ccc) IOVD. Sig.
ddd) Apud Vrs. desinit in EI; in sched. in EIV; restitui EIV‖*S*.
eee) IVD. Sig.
fff) DAM est in schedis; ap. Vrs. RAM; ap. Sig. haec plane desiderantur.
ggg) Ita Vrs.; in sched. littera C non legitur.
hhh) FACIT. Maz.
iii) IVR. Sig.

rei pe‖*titio* | — ‖ it, ut eius ad sese ueniat aut adferatur coram eo, qu‖i postulauer‖*it*| (22). ||| — | *Si iudex* ‖, qui eam rem quaeret, ex XLI. hac lege causam non nouer‖*it*, | — | *de*‖que ea re hac lege iudicium litisque aestimatio ‖ esto (23), quasi si eiu‖*s* | — ||| — ‖ iudicium XLII. fieri oportebit ter ‖ — ‖ dam | — | bus (24) in contione pro rostris senten‖tia ita pronuntiato fec ‖ — ||| — | *an*‖tequam ibunt, facito iurent

22) „eo. quei. ‖ *petit.*" Sig.
23) Vocem „*esto*" iam Sig. apposuit.
24) „*die*‖bus." Sig.

(VIII,43.) (XIII,6.) *QVEI. EAM. RE*‖M.[kkk]) QVAERET. EX. H. L. CAVSAM. ‖NON. NOVE-
XLIV. (XIV,1.) RIT. PR. QVEI. EX. H. L. Q‖*VAERET.* |—‖—‖ MVLTAM.[lll]) SVPRE-
(XI,39.) (VIII,44.) MA. DELEA.[mmm]) ‖—‖ ATVRVM. ESSE. IVDICE‖*M.* |—| *Q*‖VOQVIS.
(XIII,7.) SVAE. ALTERI‖*VS.*[nnn]) SENTENTIAE. CERTIOR. SIET. QVOD.‖[ooo])
XLV. (XIV,2.) —‖—‖ QVE. DIE. DEFERATVR. ISQVE. QVAESTOR.[ppp]) ‖—‖
(XI,40.) SATIONE. PRIMO. QVO. ‖—| *SEI. IVDEX. QVEI. EAM. REM.*

kkk) M Deest Sig. et Vrs.

lll) MVTAM dat Boissardus et qui eum omnino sequitur Brissonius.

mmm) Pro DELEA quod exhibet Vrsinus, Boiss. legit DEI; cum difficile sit dicere utra sit corruptior lectio, Vrsini retinui scripturam, quam ubique fere in hac tabula describenda secutus sum.

nnn) Ap. Sig. Lin. 44. tab. VIII. desinit in ALITER.

ooo) Post QVOD sequitur in schedis uestigium litterae N; ap. Vrs. littera O.

ppp) Apud Boiss. mutilata haec linea ita legitur: „QVE. DEFERATVR. ISQ. QVESTO."

sese ‖—| *si iudex, qui eam re*‖m quaeret ex hac lege causam ‖
XLIV. non nouerit, Praetor, qui ex hac lege q‖*uaeret* (25), |—‖—‖ multam suprema delea ‖—‖ aturum esse iudice‖*m* |—*q*‖uoquis (26) suae
XLV. alteri‖us sententiae certior sit, quod ‖—‖—‖ que (27) die deferatur isque Quaestor ‖—‖ satione primo quo ‖—‖ *si iudex, qui eam*

25) Sigonio accedere non possum, qui hic de ampliatione uerba facta fuisse suspicatur in hunc modum: „*De ampliando. reo.* *Si. Pr. quei. eam. re*‖m. quaeret. ex. h. l. causam. ‖ *non. nouerit. ei. amplius. pronuntiare. ius. siet.*"; eadem enim formula, quae Sigonium in illam opinionem induxit, ex nostra tabularum coniunctione iam ante occurit Lin. XLI. („*si — causam non nouerit*"), ideoque si huic rei omnino locum tribuere uellemus, eam iam pridem incepisse necesse esset; ueri autem simillimum est, ampliationis locum ex lege Seruilia tenere comperendinationem. Cf. Cap. XIV. not. 1. Causae notionem, quam Sigonius ad *Praetorem* rettulit, ad *iudicem quaestionis* referendam censui; supra enim illa formula incipit per „*eam rem quaeret*", quae uerba ex legis nostrae loquendi usu non de Praetore sed de iudice quaestionis dici solent. Cf. Lin. LXI. (XII, 10.)

26) „*Q*‖uoquis" iam Sig. restituit.

27) Num legendum: *primo. quo*‖que. die."? Mox enim sequitur „*primo. quo* ‖", in quibus eandem formulam repeti suspicor.

QV||AERET.[qqq]) CAVSAM. || NON. NOVERIT. QVEI. EORVM. IOV- (VIII,45. XIII,8)
DEX. ||—|||—|| RE.[rrr]) DEIXERIT. PRAETOR. *QVEI.*[sss]) EX. H. L. XLVI. (XIV,3.)
QVAERET.[ttt]) ITA. PRONON||*TIATO.* |—| *IVDICES. IN.*
CO||NSILIVM.[uuu]) ||| QVOMODO. EANT. PR. QVEI. EX. H. L. (VIII,46. XIII,9.)
N||*OMEN. RECEPERIT.*[xxx]) |—|||—| *PR. QVEI. EX. HACE.* XLVII.
LEGE. QVAERET. || DICAT. EIS.[yyy]) HS. N. ↈ.[zzz]) QVO- (XIV,4.)
TIENS. QVOMQVE. AMPLIVS. BIS. IN. VNO. IV||*DICIO.* —||[aaaa]) (XIII,10.)
QVEI. QVOMQVE. ADERVNT. IVDICARE. ||—|||—. XLVIII.

qqq) VAERET Sig.

rrr) RE abest in recensione Boiss.; ibique D in uoce seq. mutilatur.

sss) QVEI. in tab. uidetur omissum, deest enim tam Boissardo, quam Vrsino.

ttt) QVERET. Boiss.

uuu) NSILIVM abest in editione principe recensionis Sigonianae; in posterioribus editionibus additur haud dubie ex Vrsino desumtum.

xxx) Schedis et Vrsino testibus desinit Lin. 9. tab. XIII. in IV uel quod idem est N. Cf. Cap. XI. not. i.

yyy) DEICAREIS Boiss.

zzz) Pro CCCIↃↃↃ Vrsini ap. Boiss. et Mabill. est hoc signum.

aaaa) Incipit hic uersus in schedis per uestigia ut uidetur litterae M; apud Vrsinum per A.

rem qu||aeret (28), causam || non nouerit, qui eorum iudex ||—|||—|| XLVI.
re dixerit, Praetor, *qui* ex hac lege quaeret, ita pronun||*tiato.*
|—| *Iudices in co*||nsilium || quomodo eant. Praetor, qui ex XLVII.
hac lege n||*omen receperit* (29), |—|||—| *Praetor, qui ex hac lege*
quaeret (30), || dicat eis HS. N. CCCIↃↃↃ, quotiescunque amplius
bis in uno iu||*dicio* |—|| quicunque aderunt iudicare ||—|||—. XLVIII.

28) *Si. Pr. quei. eam. rem. q*||uaeret." Sig.

29) Cf. Cap. XI. not. i. De mittendis iudicibus in consilium cf. Ascon. in Cic. in Verr. I, 9.

30) In sequentibus de multa dicenda ut uidetur est sermo, quam rem in hoc saltem iudicio ad neminem praeter ipsum Praetorem referri posse ratus, huius mentionem loco inserui.

Caput XIII.

De reis quomodo iudicetur.

(XIV, 5.) *DE.* ‖ REIS.[a]) QVOMODO. IVDICETVR. VBI. DVAE.
(XIII, 11.) PARTES. IVDICVM. QVEI. ADER[b]) ‖ — ‖M. QVAM. OB. REM. ET.
XLIX. (XIV, 6.) QVANTVM. PEQV‖*NIAE.* | — ‖| — ‖ REM. AGITO. TVM. PRAETOR. QVOM.[c]) SOVEIS. VIATORIBVS. APPARITORIBVSQVE.[d]) NE‖*QVIS. IVDEX. AD. REM. IVDICANDAM. ADSIET. FACITO.* ‖ *QVEI. SEMEL. A. IVDICIO. EXCLVSVS. FVERIT. FACITOQVE. VTEI. VIATORES. APPARITORESQVE. TAM. EOS. IVDI-*

a) Apud Boiss. et Briss. haec linea iam ab illis antecedentis lineae uerbis incipit: „*IN. VNO. IV*RE. IS. etc."
b) ADEI. Boiss.
c) CVM. Boiss.
d) APARITORIBVSQ. Boiss.

De ‖ reis quomodo iudicetur (1) Vbi duae partes iudicum
XLIX. qui ader(2)‖ — ‖m, quam ob rem et quantum pecu|*niae* | — ‖| — ‖ rem agito (3). Tum Praetor cum suis uiatoribus apparitoribusque ne‖*quis iudex ad rem iudicandam adsit facito, qui semel a iudicio exclusus fuerit, facitoque ut uiatores apparitoresque tam eos iudi-*

1) Vacuum quod post *iudicetur* annotatur spatium inscriptionem hanc esse docet noui capitis, quod, ut ex eis quoque quae sequuntur colligi potest, modum praescripsit, quo de reis iudicaretur, ita quidem, ut prius hoc in capite res in genere tractata sit, deinde aliud sequatur, quod compendinationi tribuendum uidetur, post aliud de reo condemnando (cap. XV.), denique aliud de reo absoluendo (Cap. XVI.).

2) Vtrum legendum „qui ader‖*ant*"? an „qui ader‖*unt*"? Iudicium enim non potuisse uidetur perfici, nisi duae partes eorum, qui ad iudicium editi lectique initio iudicii adfuissent tum adessent, cum sententiae de reo ferrentur.

3) An legendum „*in consilio* ‖ rem agito"? Videlicet accusator reusue certo definitoque ordine et tempore. Cf. Cic. in Verr. I, 9. ib. intpp.

CES. QVEI. A. PARTIBVS. REIECTI. FVERINT. QVAM. *EO*||S. QVEI. IVDICARE. NEGARINT. SEMOVANT||. *A. SENTEN-* (XIII,12.)
TIIS. FERENDIS. | — ||| — | *SINGVLOS. QVOS*||QVE.[e] IVDICIS. L. (XIV,7.)
IS. PRAETOR. SORTICOLAM. VNAM. BVXEAM. LONGAM. DIGITOS. IIII. LA||*TAM.*[f] *DIGITOS. ... CERAQVE. OBDVCTAM. QVOI. VEL. A. VEL. C. VEL. N. L. INSCRIPTVM. FVERIT.*

e) DEIQVE. Boiss.

f) LA abest Boiss.

ces, *qui a partibus reiecti fuerint, quam* eo||s, qui iudicare negarint, semouant || *a sententiis ferendis.* | [4] — ||| — | *Singulos quos*||que L.
iudices is Praetor sorticulam unam [5] buxeam longam digitos IIII la||*tam digitos ... ceraque obductam* [6], *cui uel A. uel C. uel NL.*

4) Quae hic Lin. 12. Tab. XIII. leguntur, ut *semoueantur qui iudicare negarint*, primum nos impulerunt ad inferiorem totius tabulae partem hoc modo cum superiore coniungendam. Vt enim ita iudices semouerentur, id proxime suffragii lationem praecessisse et prima in hac re Praetoris cum uiatoribus apparitoribusque cura fuisse uidebatur. Cum tamen illud non eos solum spectare posset, qui iudicare negarint, sed quemcunque a iudicio exclusum, siue lectione reiectus fuerit, siue ipse iudicare negarit, horum semouendorum curam, coniuncto utroque fragmento, Praetori cum uiatoribus apparitoribusque tribui. *Semouant* quod est in tabula pro *semoueant*, ut nobis est in usu, mutare non sum ausus, cum praesertim non a uero abhorreat, antiquos in hoc uerbo aut illa aut duplici forma usos esse proque monēre dixisse mouēre.

5) Cf. not. 8.

6) Quam supra iam defendimus coniunctionem inferioris tabularum partis cum superiore (cf. not. 4.), eam in hac quoque linea firmatam habemus. Vt enim nos fragmenta coniunximus, agitur primum (Lin. 7. tab. XIV.) de iudicum sorticulis, deinde (Lin. 13. Tab. XIII.) de loco quo eas coniiciant, id est, de sitella. Quae tamen totius loci fuerit sententia, non e uestigio perspicitur: obiter enim rem inspicienti in mentem ueniet, de sortitione et subsortitione iudicum hic agi; diligentior autem nobis perscrutatio persuadet, id esse non posse. Cur enim hic tandem de sortitione agatur, cum iam pridem de iudicibus edendis legendisue (cap. VIII.) deque mittendis in consilium (cf. cap. XII. not. 29.) sermo fuerit, immo cum iam de ipso iudicandi modo disseratur? Quanam ratione, si de sortitione hic ageretur, ipsi iudices tabulas coniicere (Lin. 13. Tab. XIII.) dicerentur, cur denique tabulis sola littera, non nomen iudicum inscriptum esset (Lin. 8. Tab. XIV.)? De ipso autem iudicandi modo pro certo habemus, ante legem Corneliam, id quod teste Cicerone pro Cluent. c. 20. postea tantum obtinuit si reus uoluerit, in omnibus iudiciis iudices tabellis cera-

CONIICERE. IVBETO. VTEI. ITA. IVDICES. CONIECIANT. SORTICOLAS. PR. QVEI. EX. H. L. QVAERET. SITELLAM. AFFERRI. IVBETO. LONGAM. DIGITOS. . . . LATAM. DI-
(XIII.13.)*GITOS.* . . ‖ XX. QVO. IVDICES.[g]) SORTICOLAS. CONIECIANT.[h])
LI. (XIV,8.) ‖ — ‖| — ‖ EAMQVE. SORTEM. EX. HACE.[i]) LEGE. APERTAM. BRACIOQVE.[k]) APERTO. LITERAM.[l]) DIGITEIS. OPERTAM. PA-LA‖*M. VNVS. QVISQVE. IVDEX. IN. SITELLAM. DEIICITO.*

g) *IOV*DICES. Vrs.; retinui schedarum lectionem.
h) Vrs.: CONIECIAN; plenius in schedis.
i) HACCE. Boiss.
k) BRAGIOQVE. Id.
l) LITÆRAM. Id.

inscriptum fuerit, coniicere iubeto. Vt ita iudices coniiciant sorticulas, Praetor, qui ex hac lege quaeret, sitellam afferri iubeto longam digitos .... latam digitos .. ‖ XX (7), quo iudices sortícu-
LI. las coniiciant. ‖ — ‖| — ‖ eamque sortem ex hac lege apertam, brachioque aperto litteram digitis opertam, pala‖*m unusquisque iudex*

tis (cera legitima Cic. diu. Caec. c. 7.) usos esse, quas uel signo absolutionis, littera A, uel signo condemnationis, littera C, uel signo ampliationis comperendinationisue, litteris NL inscriptas in cistam coniicere solerent. Asc. in diu. Caec. c. 7. in Verr. I, 9. Quae cum ita sint, nihil obstat quominus de eadem hic re nostram legem egisse dicamus, nisi quod hic pro cista sitellam, pro tabellis sorticulas uocatas uideamus. Qua de re mihi quidem primum antiquus suffragii ferendi modus in hac lege quodammodo mutatus fuisse uidebatur; Boeckhius autem me monuit, antiquiore sermone et maxime in ipsis legibus tabellas a prima sua origine sorticulas, cistamque eodem modo sitellam uocari potuisse, et ita etiam apud Caesarem (B. C. I, 6.) sententias in senatu *sortium deiectione* latas, in or. pro domo c. 19. in rogatione legis *uno sortitu rellatum* esse, et ap. Cic. pro Corn. mai. reo in rogationibus *sitellam deferri, aequari sortes, sortitionem fieri* inuenio. Quae omnia hoc modo facilius explicari uidentur, quam si locum or. pro domo et pro Corn. ad sortitionem tribus praerogatiuae referamus, quo neque locum Caesaris, neque nostrum in hac lege referre possumus.

7) Numerus XX. mihi non sufficere uidebatur, ideoque ante eum paruam in restitutione mea reliqui lacunam.

—‖RA. PARTI. C. IN. MANV. PALAM. DATO. A‖—‖‖—C‖VN- (XIII,14.) LII.
DA.[m]) CAVSA. AD. SITELLAM. SORTI. VENIET. IS. IN. EAM. (XIV.9.)
SITELLAM. MANVM. DEMITTITO. TAM.[n]) DEVEXAM. POPVLO‖. (XII,1.)
—IO‖VDICIV‖M[o]) —| *SOR*‖TEM. QVEI.[p]) IN. EOS. CETEROS. SIN (XIII,15.)
GILATIM. ‖—‖‖—‖ *CON*‖DEMNO. VBEI. NIHIL. SCRIPTVM. ERIT. LIII. (XIV,10.)
SEINE. SVFRAGIO. EX. QVA. SORTI. PRONONTIARIT.[q]) EAM.
SORTEM. PROXSVMO. IVD[r]) ‖—‖ DITO.[s]). (XII,2.)

m) Ita scripsi Boissardo duce; apud Vrsinum legitur perperam VNDAI.
n) ITEAM. Boiss.
o) VDICIV. in schedis; integram lectionem debemus Vrsino.
p) TEMQVE. Vrs.; nos schedas secuti sumus.
q) PRONVNCIARIT. Boiss.
r) Pro IVD. Boiss. legit: SVB.
s) Ita in schedis; Vrsinus haec plane omisit.

in sitellam deiicito (8) |—‖ra parte (9) Centum in manu palam dato a‖—‖‖—c‖unda causa (10) ad sitellam sorti ueniet, is in eam sitel- LII.
lam manum demittito tam deuexam populo‖—i‖udiciu‖m—|*sor*‖tem, qui in eos ceteros singulatim ‖—‖‖—| *con*‖demno ubi nihil scriptum LIII.
erit sine suffragio (11); ex qua sorte pronuntiarit, eam sortem proximo iud‖—‖ dito.

8) Ita mihi quae supersunt haud temere ad modum rettulisse uidebar, quo unusquisque iudex sorticulam in urnam deiicere deberet. Tantam uero in describendo hoc ritu diligentiam ideo positam suspicor, ut neque a singulis iudicibus plus una conferretur tabella (*sortem apertam, brachio aperto — palam deiicito*); et ignota manerent singulorum suffragia (*litteram digitis opertam*).

9) Vrsinus litteram C. signum condemnationis hic esse suspicabatur; magis autem ad numerum iudicum lectorum trahere nobis placuit. Cf. cap. VIII.

10) Fortasse legendum „*siue prima siue sec*‖unda causa ad sitellam sorti ueniet"; Praetor puta, qui siue prima, siue secunda actione suffragiorum habere debebat rationem.

11) De eisne hic agitur tabellis, quae negligentia siue potius malitia iudicum plane non essent inscriptae? Aequissimum saltem erat, ut Praetor, si tabellae repperirentur, in quibus nihil omnino scriptum esset, ex eis pronuntiaret Condemno sine suffragio.

Caput XIV.

Fragmenta incerta.

(XIII,16.) DE. RE|| [a]) — M. || SENTENTIAM. [b]) | — *TV*|LERIT. [c]) IS. EI||.
LIV. (XIV,11.) — ||| — || QVOD. [d]) PRAEVARICATIONIS. CAVSA. FACTVM. NON.
ERIT. IS. HACE. LEGE. EIVS. [e]) REI. APSOLVTVS. ESTO.

a) Litteram R, cuius in schedis uestigium tantum inuenio, plenam agnoscunt Vrsinus et Puteanus.

b) Vrsinus: „*M.* SENTENTI*A*."; schedae: „SENTENTI*AM*.".

c) Vrs.: „*V*ERIT. E*V*."; secutus sum schedas.

d) ID. Boiss.

e) EIS. Boiss.

LIV. De r|| (1) — m || sententiam | — *tu*|lerit, is ei || — ||| — || quod praeuaricationis causa factum non erit, is ex hac lege eius rei absolutus esto.

1) Hucusque legem nostram ea tractasse uidemus, quae ad omnem iudicandi modum pertinent; mox perget ad singulos iudicum uelut de reo condemnando et absoluendo sententias, quarum maiorem partem Praetorem sequi iubet. Conf. leg. Iuliae rep. cap. CI. ap. Coelium in Cic. ep. fam. VIII, 8. Prius autem quam ad ea uenimus, aliud hoc insertum repperimus caput, cuius inscriptio, quamuis haud multum a sequentibus differre uideatur, tamen ita mutilata est ut capitis argumentum non satis indicet. Quodsi ea intueamur, quae hac de re aliunde ad nostram peruenere scientiam, constat, ante legem Seruiliam non nisi *iudicari* (i. e. absolui condemnariue) uel *amplius pronuntiari* potuisse; Glaucia primus tulit, ut pro ampliatione comperendinaretur reus. Cic. in Verr. I, 9. Non igitur dubito quin hoc in capite de reo comperendinando sermo fuerit. Confirmare quidem nequeo hanc suspicionem ex eis quae in tabulis supersunt; attamen haec non sunt eiusmodi ut refutent illam, sed si periculum facere licet, tam initium quam finem capitis in hunc sensum restituere uelim: „De r||*eo comperendinando. Si de eo, qui ex hac lege accusatus fuerit, maior pars iudicum* || sententiam | *N. L. tu*|lerit, is ei||*us rei ex hac lege comperendinatus esto*. | — |. *Si in secunda* ||| *actione reus solus adsit*, || quod praeuaricationis causa factum non erit, is ex h. l. eius rei absolutus esto, i. e., *etiam secunda actione, accusatore absente, nomen eximitor de reis.* Quae quidem in medio capite, ut uidetur de secundae actionis modo, dicta fuerint, diuinare non ausim, cum fere omnia in hac potissimum re ab interpretibus uocentur in dubium. Cf. Cic. in Verr. I, 9. ib. Ascon. et in eum Robortell. Annot. II, 25 seqq. (in Gruteri face ed. Ff. 1604 8vo. tom. II.); Sigon. de iudic. II, 20. et qui eum sequuntur, et contra Ferratium ad Cic. l. c.

Caput XV.

De reo condemnando.

DE. REO. CONDEMNAN‖*DO.* *EX IVDICVM. SENTENTIIS.* ‖ SEI.[a]) PLVRIMAE.[b]) ERVNT. CONDEMNO. PR. (XII, 3.) QV‖*EI. EX. HACE. LEGE. QVAERET. EX. TABELLIS. A. IVDICIBVS. LATIS. PALAM. PRONONTIATO.*

a) SEI Vrsino et Puteano acceptum fero: in schedis est DE quod cum reliquis coniungi nequaquam potest.

b) PLVR*V*MAE. Vrs.

De reo condemnan‖*do.* (1) *Ex iudicum sententiis,* ‖ si plurimae erunt, Condemno Praetor, qu‖*i ex hace lege quaeret, ex tabellis a iudicibus latis palam pronuntiato.*

1) Minoris quidem fortasse uidentur momenti, quae hoc in capite et in sequentis initio reponenda censui, omitti tamen non poterant, ut disertis aliquo certe loco uerbis praescriberetur, ne Praetores tam in condemnando, quam in absoluendo reo suffragia non obseruarent, id quod licentia Praetorum saepe factum esse constat. In lege quidem Iulia hoc semel utique praescriptum fuisse hoc modo: „*Quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius ratumque esto*", testatur Coelius in Cic. ep. fam. VIII. 8.; nostram uero legem difficiliorem fuisse, eandemque rem in singulis indicum sententiis seorsum praescripsisse, tam ex huius capitis inscriptione, quam ex reliquis fragmentis colligi posse uidebatur.

Caput XVI.

De reo absoluendo.

(XIII,17.) *DE.* || REO. AP||*SOLVENDO.*[a]) *EX. IVDICVM. SENTENTIIS. SEI. PLVRIMAE. ERVNT. APSOLVO. PR. QVEI. EX. HACE. LEGE. QVAERET. E. TABELLIS. A. IVDICIBVS.*
LV. *LATIS. PALAM. PRONONTIATO. SEIQVIS.* ||| *ITA. EX. HACE.*
(XIV,12.) *LEGE. CONDEMNATVS.* || AVT. APSOLVTVS. ERIT. QVOM. EO. *H.* L.[b]) NISEI. QVOD. POSTEA. FECERIT. AVT. NISEI. QVOD. PRAEVARICATIONIS. CAVSSA.[c]) FACTVM. ERIT. AVT.[d]) || *NISEI.*

a) Verba „REO. AP", quae solus Vrs. exhibet, nunc in tabula deleta uidentur; schedis certe absunt.

b) F. L. Vrs.; FL. L. Boiss.

c) Sic uariatur huius quoque in hac lege uocabuli scriptura; supra erat CAVSA. (XI, 36.) et CAVSSA. (XI, 31.).

d) AV. Boiss.

De || reo ab||*soluendo.* *Ex iudicum sententiis si plurimae erunt, Absoluo Praetor, qui ex hac lege quaeret, e tabellis*
LV. *a iudicibus latis palam pronuntiato.* (1) *Siquis* ||| *ita ex hac lege condemnatus* || aut absolutus erit (2) cum eo *hac* (3) lege nisi quod postea fecerit, aut nisi quod praeuaricationis causa factum erit, aut ||

1) Praeter uocabulum *Absoluo*, in quo discrimen utriusque capitis ponendum arbitrabar, omnia hucusque ad uerbum ex antecedente capite repetenda censebam.

2) Ita fere exordium huius loci, qui haud sciebam, utrum nouo capiti tribuendus, an ut fecimus cum priore coniungendus esset, aptissime ex eis quae sequuntur mihi composuisse uidebar; agitur enim perspicue de re iudicata, quae hic non modo ius faciebat inter partes, sed accusatum ab omni huius legis actione liberabat, siue absolutus siue condemnatus esset, nisi postea ageretur de pecunia post hoc iudicium capta, aut nisi priorem accusatorem praeuaricationis causa egisse constitisset, aut nisi de litis aestimatione, si condemnatus res suas aestimationi subtraxisset, aut nisi de sanctione huius legis iudicium daretur.

3) Ita contextum restituere non dubitaui, F. L. uel FL. L., quod est in tabula, mutato in H. L.

DE. LITIBVS. ‖ AESTVMANDIS.[e]) AVT. NISEI.[f]) DE. SANCTIONI.[g]) (XII, 4.) HOIVSCE. LEGIS. ACTIO. NEI. E‖*STO.*

e) AEST*I*MAND*EI*S. Put.

f) Puteanus: NIS*I*, et mox H*V*IVSCE. et in uersus fine *E*X.

g) Per sextum casum ut fere in lingua antiqua. Cf. Vrs. ad Ant. Augustin. de leg. etc. ad legem Siliam.

nisi de litibus ‖ aestimandis, aut nisi de sanctione huiusce legis (4) actio ne e‖*sto.*

4) Si quaeris, quando re semel iudicata reus de sanctione huius legis iterum accusari potuerit, respondeo, si iudices in priore repetundarum iudicio aduersus ipsius legis sanctionem a reo corrupti fuerint; tunc enim iniquum erat, reum a iudicibus absolutum corruptis saluum manere. Cum tamen si accusatoris praeuaricatione factum esset, quominus reus condemnaretur, denuo accusare non liceret, nisi de praeuaricatione prioris iudicii constaret et pronuntiatum esset, (cf. Cap. XVI. not. 16.) hic quoque denuo reum accusari non potuisse suspicor, nisi de corruptione iudicum constaret et pronuntiatum esset. Haec si tibi probata erunt, defectus quos supra (cap. I. Lin. V.) intactos reliqui, ita fere restituerim: „sei. eiei. *iudicibus. aduorsus. hoiusce. legis. sanctionem. a. reo. corruptis.* res. semel. adiud‖icata. erit."; uel etiam: „*Sei. is. semel. in. eadem. causa. a. iudicibus. aduorsus hoiusce. legis. sanctionem. a. se. corruptis. absolutus. erit. licet. res. iud*‖icata. erit."; et mox in fine eiusdem lineae: „Ast. ubei. *de. iudicibus. corruptis.* ‖| uel. de. praeuaricatione. — constiterit. etc."

Caput XVII.

De praedibus dandis.

DE. PRAEDIBVS. DANDEIS. SEIQVIS. ITA. EX. HACE. LEGE. DE PEQVNIA. ABLATA. CAPTA. COACTA. CONCILIATA. AVORSAVE. CONDEMNATVS. ERIT. ET. IVDEX. QVEI. EAM. REM. QVAESIERIT. QVAESTORI. QVEI.
LVI. *AERARIVM. PROVINCIAM.* ||| *OPTINVERIT. INDICAVERIT.* ||
(XIV, 13.) EVM. [a]) QVEI. EX. H. L. CONDEMNATVS. ERIT. Q. PRAEDES. FACITO. DET. DE. CONSILI. MAIORIS. PARTIS. SENTENTIA.

a) . M. Boiss.

De praedibus dandis. (1) *Siquis ita ex hac lege de pecunia ablata capta coacta conciliata auersaue condemnatus erit et iudex, qui eam rem quaesierit Quaestori, qui aerarium pro-*
LVI. *uinciam* ||| *obtinuerit, indicauerit* || eum, qui ex hac lege condemnatus erit, Quaestor praedes facito det de consilii (2) maioris partis

1) In sequentibus eum, qui ex hac lege condemnatus fuerit, Quaestori praedes dare debuisse uidemus; inde et ex consuetis legis formulis inscriptionem et exordium capitis composuimus. Cum autem Quaestor praedes poscere non posset, nisi ei quodammodo condemnatio indicata nunciataque esset, hanc indicationis curam cuipiam et quidem iudici quaestionis tribuendam censui. Quaestori uero aerarii formulam adiunxi, quae nostrae legi est usitatior. In tabula quidem Heracleensi fere ubique scribitur „QVAESTOR. VRB. QVEIVE. AERARIO. PRAEERIT."; uerum in lege de scribis et uiatoribus (ap. Sigon. de iure ciuium II, 9.) et in lege Thoria (Vrs. IV, uers. 40.) ut in nostra lege fere scribitur „QVAESTOR. QVEI. AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINEBIT". Nonnunquam etiam illam hic inuenio formulam. „QVOI. AERARIVM. PROVINCIA. OBVENERIT". Cf. Lin. LXVII. LXXI. et LXXVIII.

2) Ne putes consilium de quo hic sermo est, proprie fuisse Quaestoris; non enim quemquam de magistratibus Romanorum temporibus liberae reipublicae talis consilii sententiae subiectum fuisse arbitror; sed idem hoc uidetur fuisse, cui mox litis aestimandae negotium mandari uidebimus (cf. not. 8.), quod, ut omnia talium consiliorum exempla, non nisi ad iudices pertinet. Ita dicitur *de consilii*, id est, *de iudicum, sententia pronuntiare;* Cic. in Verr. V, 21. Brut. 86., in consilium ire mittere, consilium aduocare dimittere.

QVANTI. EIS.[b]) CENSVER‖*VNT. SI.* P‖RAEDES.[c]) DATEI. NON. (XII, 5.) ERVNT. BONA. EIVS. FACITO. PVPLICE. POSSIDEANTVR. CONQ‖*VAERANTVRQVE.* |—| *QVEI. ITA. CONQVAESIVERIT. QVANTVM. IS. DE. BONIS. EIVS. QVEI. EX. HACE. LEGE. CONDEMNATVS. FVERIT. INVENERIT. ID. QVAESTORI. QVEI. AERARIVM.* ‖ *PROVINCIAM. OPTINVERIT.* ‖ SCRI- LVII. (XIV. 14.) PTVM. TRANSDITO.[d]) QVAESTOR.[e]) ACCIPITO. ET. IN. TABOLEIS. POPLICEIS.[f]) SCRIPTVM HABETO.

b) EI. Boiss. Cf. Cap. IV. not. 2.

c) In schedis uix agnoscitur littera R.; Vrs. et Put. dant *PR*AEDES. Mox Puteanus: DAT*I*.

d) TRANS*P*ITO. legit Boiss. antiquam non satis intelligens scripturam. Simili modo infra dat (Cal)*D*VRNIVS. pro (Cal)*P*VRNIVS. Cf. Cap. XXII. not. e.

e) QV*E*STOR. Boiss.

f) PO*B*LICEIS. Boiss.

sententia, quanti ei censuer‖*unt; si* p‖raedes dati non erunt, bona eius facito publice possideantur conq‖*uiranturque.* (3) |—| *Qui ita conquisiuerit, quantum is de bonis eius, qui ex hac lege condemnatus fuerit, inuenerit, id Quaestori, qui aerarium* ‖ *prouinciam* LVII. *obtinuerit* ‖ scriptum tradito; Quaestor accipito et in tabulis publicis scriptum habeto. (4)

3) Pluribus illam formulam, quae est Lin. XXXI. (XI, 26,), CONQVAERI. IN. TERRA. ITALIA. IN. OPPEDEIS. FOREIS. CONCILIABOLEIS., hic repetere non audebam.

4) Cum, lacuna, in qua noui capitis exordium periisse non est ueri simile, interiecta, Quaestori aliquid tradi, eumque id accipere debere uideamus, non dubitaui locum ita restituere, ut is, qui, si praedes dati non fuerint, conquirere debuerit, Quaestori aerarii, traderet quantum in bonis damnati inuenisset.

Caput XVIII.

De litis aestimatione.

(XII, 6.) DE. LEITIBVS.[a]) AESTVMANDEIS. || *SEIQVIS. EX.* || HACE.[b]) LEGE. CONDEMNATVS. ERIT. AB. EO. QVOD. QVISQVE. PETET. QVOIVS. EX. HACE.[c]) LEGE. PE||*QVNIA.*[d]) *CAPTA. COACTA. ABLATA. CONCILIATA. AVORSAVE. REDDENDA. ERIT. ID. LEITIBVS. SINGVLIS. AESTVMATIS. IVDICES. QVEI. EX. HACE. LEGE. LECTEI. ERVNT. IN. CERTAM. SVMMAM. REDIGVNTO. ITA. TAMEN. VTEI. AESTVMETVR.*

a) LITIBVS. Boiss.
b) IACE dant schedae; IACI Vrs. et Put.
c) HACCE Put.
d) PE solae schedae seruarunt.

De litibus aestimandis (1) || *Siquis ex* || hac lege condemnatus erit, ab eo, quod quisque petet cuius ex hac lege pe||*cunia capta coacta ablata conciliata auersaue reddenda erit,* (2) *id litibus singulis aestimatis* (3) *iudices, qui ex hac lege lecti erunt in certam summam redigunto* (4) *ita tamen, ut aestimetur, quod ante*

1) „Duae res consequebantur damnationem, altera redditio pecuniae iis ad quos pertinebat, in quo uel simpli uel dupli uel quadrupli ratio ducebatur, altera exilium." Asc. in Cic. Verr. I, c. 13. De exilio uid. Cap. XI. not. 6.; de litis uero aestimatione hic id saltem noui docemur, post legem Seruiliam litem dupli fuisse aestimatam, ante eam simpli; quadrupli autem aestimationem Corneliae demum legi deberi.

2) Miraberis fortasse illam a nobis ita restitutam orationem, „*cuius* pecunia reddenda", quorum loco expectaueris „*cui* pecunia — reddenda". Verum non hic quaerebatur cuinam reddenda fuerit pecunia, sed cuius fuerit pecunia, quae esset reddenda.

3) „*Litibus singulis aestimatis*" ipsa capitis inscriptione ductus propterea inserui, quod per se tota aestimatio fieri non poterat, nisi singularum litium ratione habita.

4) Ita iudicibus non Praetori hanc aestimationem faciendam adscripsi ex auctoritate capitis I. huius legis. Vid. Cap. I. not. 7. Quae mox sequuntur ad uerbum recepi e linea seq.

QVOD. ANTE. HANCE. LEGEM. ROGATAM. || *CONVINCI-* LVIII.
TVR. CAPTVM. COACTVM. AB||LATVM. AVORSVM. CONCILIA- (XIV, 15.)
TVMVE. ESSE. EA. RES. OMNIS. SIMPLI. CETERAS.[e]) RES. OM-
NIS. QVOD.[f]) POST. HANCE. LEGEM. ROGATAM. CO||*NVIN-*
CIT||VR.[g]) CAPTVM. COACTVM. ABLATVM. AVORSVM. CONCI- (XII, 7.)
LIATVMVE. ESSE. DVPLI. IDQVE. AD. QV||*AESTOREM. QVOI.*
AERARIVM. PROVINCIA. OBVENERIT. REDIGVNTO. SEI-
QVIS. ITA. IVDICEI. QVEI. EAM. REM. QVAESIERIT. CON-
SILIOQVE. EIVS. MAIOREI. PARTI. SATIS. FECERIT. RE-
GIS. POPVLEIVE. CEIVISVE. SVEI. NOMINE. EORVM. AD.

e) C*AE*TERAS. Boiss.

f) QVO*S* perperam scribitur in tabula testibus Vrs. et Boiss.

g) VR est in schedis; R. ap. Vrs.; 2 (litterae R. uestigia?) teste Brissonio ap. Puteanum.

hanc legem rogatam ||| *conuincitur captum coactum ab*||latum auer- LVIII.
sum conciliatumue esse, ea res omnis (5) simpli, ceteras res, quo*d*
post hanc legem rogatam co||*nuincit*||ur (6) captum coactum ablatum
auersum conciliatumue esse, dupli, idque ad Qu||*aestorem, cui ae-*
rarium prouincia obuenerit redigunto. (7) *Siquis ita iudici, qui eam*
rem quaesierit, consilioque eius maiori parti satis fecerit, regis
populiue ciuisue sui nomine eorum ad quos ea ||| *pecunia perue-* LIX.

5) Si illa te offendit orationis coniunctio, „*quod* conuincitur captum — esse, *ea res*", monendum est, haud absimili modo ex sensu non ex uerbis lineam LXXII. pergere, „*omnia* —, *quod* factum non erit". Quae cum ita sint, ex iis quae sequuntur mox restituere non dubitaui: „*ceteras res, quod*" pro „ceteras res, *quos.*" ut scribitur in tabula. Cf. Cap. VI. not. n.

6) Cum non solum is homo, cui aliquid exprobratur, sed ea quoque res conuinci dicatur quae alicui obiicitur, ita lacunam CO|| . . . . ||VR aptissime repleri posse putaui. Cic. pro Quinct. c. 25. de N. D. I, 32.

7) Quaestorem Asconius in Cic. Verr. I, 20. dicit „eum, ad quem rediguntur pecuniae ex proscripti bonis et a quo sociis annumerantur".

LIX. (XIV. 16.) *QVOS. EA.* ‖ *PEQVNIA. PERVENERIT.* ‖ PARENTISVE.[h]) SVEI. QVOIVE. IPSE. PARENSVE. SVOS. HERES. SIET. LITEM.[i]) AESTVMATAM. ESSE. QVEIVE. EIEI.[k]) IVDICEI. CONSILIOQVE.[l]) (XII. 8.) EIVS. MAIOREI.[m]) PA‖*RTI. SA*‖TIS.[n]) FECERIT. REGIS.[o]) POPVLEIVE. CEIVISVE. SVEI. NOMINE. LITEM. AESTVMATAM. ESSE. SIBEI. Q‖*VOM.*[p]) *EO. AMPLIVS. ACTIO. DE. EA. RE. NEI. ESTO.*

h) Ante PARENTISVE. Boiss., haud dubie e uersu antecedenti transpositam, annotat litteram O.

i) L*EI*TEM. Boiss.

k) EII. Boiss.

l) CON*C*ILIOQVE. Boiss.

m) Apud Boiss. hic uersus desinit in MAIOR*I*.

n) Vrs.: VIS; Put. confirmat schedarum lectionem.

o) *L*EGIS. Put.

p) Schedarum secutus sum auctoritatem; Vrs. et Put. dant SIBEIQ.

nerit ‖ parentisue sui, cuiue ipse parensue suus heres sit, litem aestimatam esse, quiue ei iudici consilioque eius maiori pa‖*rti sa*‖tis fecerit regis populiue ciuisue sui nomine litem aestimatam esse sibi, c‖*um eo amplius actio de ea re ne esto.* (8)

8) Inuenimus hoc loco de eo agi, qui *satis fecerit*, id est, satis faciendo demonstrauerit, *litem aestimatam esse*, et ita nobis pergere placuit, ut aduersus eum, qui hoc modo satis fecerit, amplius de ea re actionem institui uetaretur. Litem uero condemnatus demonstrare poterat aestimatam esse siue eius, unde ad ipsum pecunia capta peruenerit, (PARENTISVE. SVEI. QVOIVE. IPSE. PARENSVE. SVOS. HERES. SIET.) siue sibimet ipsi. Ante uero eos, unde ad ipsum pecunia peruenerit, neminem magis desiderari arbitrabar, quam eum, ad quem a se condemnatus pecuniam peruenisse probauerit. Reliqua omnia ex ipsa restitui tabula. Consilii, de quo hic agitur, suffragio iudicem quaestionis simili modo teneri uidemus, quam antea Quaestorem ad praedes dandos. Cf. not. 2. Quorum denique nomina (REGES. POPVLEIVE. CEIVISVE. SVEI.) litem aestimari potuisse hic declaratur, eorum etiam sequens caput meminisse uidebimus, ubi ex nostra certe loci restitutione alio modo *ciui Romano*, alio *regis populiue legatis* pecuniam captam a Quaestore solui reddique debere praescribitur. Si quaeris quaenam huius discriminis fuerit ratio, non est uero simile a sociis de repetundis nomen deferri non potuisse nisi regis populiue nomine, cum multis in causis singulos prouinciales aliosque peregrinos de magistratibus Romanis questos fuisse certum sit; re igitur paullo

Caput XIX.

De pecunia soluenda.

DE. PEQVNIA. SOLVENDA. *SEIQVIS. CEIVIS. ROMANVS. EX. HACE. LEGE. PEQVNIAM. AB. ALIQVO. PETIVERIT. QVEI. ITA. SATIS. FECERIT. IVDEX. QVEI. EAM. REM. QVAESIERIT. FACITO. VTEI. EIEI.* ‖ *PEQV-* LX.
NIA. QVAE. EX. ‖ HACE.[a]) LEGE. IN. AERARIO. POSITA. ERIT. (XIV, 17.)

a) IACE. Boiss.

De pecunia soluenda. (1) *Siquis ciuis Romanus ex hac lege pecuniam ab aliquo petiuerit, qui ita satis fecerit, iudex, qui eam rem quaesierit,* (2) *facito ut ei* ‖ *pecunia, quae ex* ‖ hac LX.
lege in aerario posita erit, ob eam rem, quod eo nomine lis aesti-

exactius examinata, magis magisque mihi persuasum est, duplici utique modo ex hac lege nomen deferri potuisse: aut a rege populoue libero et hoc quidem, nisi ipsi patronum praetulissent (ideo de omni peregrino supra scribitur cap. IV. „SEI. EIS. *VOLET.* PATRONVM. SIBEI. DAREI."), per legatos publice introductos, aut a singulis peregrinis, quibus annumerari debent populi subditi, qui ratione populi Romani non sunt populi, et ab his quidem omnibus per patronos, in quos, ut in procuratores iuris ciuilis, dominium litis ita transiret, ut eorum nomine nomen rei deferretur (Cap. IV.), lis aestimaretur (quo spectat noster hic locus), et denique pecunia solueretur, (Cap. XIX.).

1) Quo modo pecunia capta a Quaestore ex aerario iis soluenda reddendaque sit, qui nomen detulerint, multis hic terminis circumscribitur, et ita quidem, ut in priore capitis parte uariis creditoribus uario tempore narioque modo soluendum esse dicatur. Cuinam breuiori tempore soluendum fuerit, non quidem, mutilato capitis exordio, statim perspicitur; cum autem tum intra longius tempus soluendum fuisse uideamus, ubi regis populiue nomine lis aestimata fuerat, facile inde colligitur, si modo recte diiudicaui, quae supra de litis aestimandae modo dicta erant, primam orationis partem ad ciuem pertinere Romanum, siue propriam pecuniam, siue tanquam patronus alienam suo nomine repetat. Cf. Cap. XVIII. not. 8.

2) Iudicem quaestionis ideo hic inserui, quod mox illi simul atque Quaestori uetitum uidebimus, ne faciant quo minus pecunia ita actori soluatur; quodsi Quaestori uel alii soli magistratui mandatum esset, ut solutionem curaret, iudicis in hac cautione mentio inepte facta foret; cum uero iudici quaestionis, quippe cuius auctoritate lis aestimata fuerit, imperatum dicimus, ut eum, cuius nomine aestimatum fuerit, ad Quaestorem aerarii duceret, metuendum erat, ne aut iudex non ad Quaestorem duceret actorem, aut Quaestor, quamuis iudice adducente, actori non solueret pecuniam.

OB. EAM. REM. QVOD. EO. NOMINE. LIS. AESTVMATA. ERIT.
(XII,9.) IN. TRIDVO. PROXSVMO. QVO. ITA. SATIS. || *FECERIT.* || EX. HACE. LEGE. SOLVATVR. NEIVE. QVIS.[b]) IVDEX. NEIVE. QVAESTOR. FACITO. SCIENS. DOLO. M||*ALO.*[c]) *QVO. MINVS. IN. TRIDVO. PROXSVMO. QVO. ITA. SATIS. FECERIT. SOLVATVR.* |—| *SEI. IVDEX. QVEI. EAM. REM. QVAESIERIT. QVEIVE. IVDEX. FACERE. IVSSVS. FVERIT. VTEI. AD.*
LXI. (XIV,18.) *QVAESTOREM. REDIGERETVR.* ||| *EA. PEQVNIA.* || EX. HAC.[d]) LEGE. PEQVNIAM. OMNEM. AD. QVAESTOREM. REDIGERE. NON. POTVERIT.[e]) TVM. IN. DIEBVS. X. PROXVMEIS. QVIBVS. ||

b) NEIVEQVIS. Vrs.

c) Puteanus haud dubie ex restitutione dedit DOLO. *MALO.*

d) HACE. Boiss.

e) POS*T*VERIT. Boiss.

mata erit, (3) in triduo proximo, quo ita satis || *fecerit,* || ex hac lege soluatur, neue quis iudex neue Quaestor facito sciens dolo m||*alo quo minus in triduo proximo, quo ita satis fecerit, soluatur.* (4) |—| *Si iudex, qui eam rem quaesierit, quiue iudex facere*
LXI. *iussus fuerit ut ad Quaestorem redigeretur* ||| *ea pecunia,* (5) || ex hac lege pecuniam omnem ad Quaestorem redigere non potuerit, tum in diebus X proximis, quibus || *si potue*||rit redacta erit, iudex qui

3) Si ciui Romano pecunia erat soluenda, suffecisse uidetur, eius nomine litem aestimatam fuisse; non perinde si peregrinorum legatis reddenda erat; tum enim iussu Praetoris opus fuisse uidebimus.

4) Haec solum adieci, ut oratio finiretur, non autem dubito, quin multa mihi hic omissa sint, fortasse de obligatione inter ciuem patronum eumque peregrinum, qui litem in eum transtulerit, de reddenda pecunia. Cf. Cap. XVIII. not. 8.

5) De eis hic agi perspicuum est, quorum esset, ut redigerent pecuniam ad Quaestorem; mox autem sequitur „*iudex quaestionis* QVIVE. IVDEX. FAC“. Quae igitur hic perierint equidem pro certo affirmare nolim, ne tamen abrupta maneret oratio, pauca inserui, quae neque noua neque per se dubia essent. Puteani saltem restitutionem „FAC*TVS. ERIT.*“ retinere non potui.

SI. POTVE‖RIT.*f*) REDACTA. ERIT. IVDEX.*g*) QVEI. EAM. REM. (XII, 10.) QVAESIERIT. QVEIVE. IVDEX. EX. HACE. LEGE. FAC‖*ERE.*[h]) *IVSSVS. FVERIT. VTEI. AD. QVAESTOREM. REDIGERETVR. EA. PEQVNIA. FACITO. VTEI. EIEI. QVEI. PETET. SOLVATVR.* *SEI. REGIS. POPVLEIVE. NOMINE. LIS. AESTVMATA. ERIT. PRAETOR. QVEI. EX. HACE. LEGE. QVAERET. FACITO. VTEI. DIES. EDATVR. QVA.* ||| *VBEI.* LXII. *PRIMVM. LITES.* ‖ AESTVMATAE.*i*) ERVNT. QVOIVS.*k*) REGIS. (XIV, 19.) POPVLEIVE. NOMINE. LIS. AESTVMATA. ERIT. LEGATEI.*l*)

f) In sched. *P*IT.; ap. Vrs. et Put. *R*IT.

g) IO*V*DEX. Vrs.

h) Schedarum, quae scribunt EXC, auctoritatem neglexi, Vrsino | aeque ac Puteano scribentibus FAC. Quae Puteanus addit FAC*TVS. ERIT.* non recepi, quod magis animo quam oculis haec legisse uidebatur. Simili modo idem infra scribit PRO*XVMEIS*, cum tamen litterae XVMEIS plenae sint in altera tabulae parte, quam ipse non nouerat. Cap. XX. not. h.

i) IMATAE. Boiss.

k) QVO. SVI. Boiss.

l) LEGATI. Boiss.

eam rem quaesierit, quiue iudex ex hac lege fac‖*ere iussus fuerit, ut ad Quaestorem redigeretur ea pecunia, facito ut ei qui petet soluatur.* (6) *Si regis populiue nomine lis aestimata erit, Praetor qui ex hac lege quaeret* (7) *facito ut dies edatur, qua,* ||| *ubi* LXII. *primum* ‖ lites aestimatae erunt, cuius regis populiue nomine lis aestimata erit, legati adsint (8), dum ne longius C dies edat ‖ *solu*‖to

6) Rursus, ut oratio concluderetur, haec ex antecedentibus collecta adieci. Cf. not. 4. et 5.

7) Vbi regis populiue nomine pecunia esset reddenda, ad Praetorem, non ut supra ad iudicem quaestionis, eundum fuisse uidebatur, quia de ipsa solutione mox sequitur, „Quaestorem soluere *iubeto*", quod non poterat nisi ad Praetorem pertinere.

8) ADESS*E*NT cum grammatica ratione pugnat; ADESS*I*NT non est forma usitata. Nihil mihi oratio ferre posse uidebatur quam ADSINT, quod meo saltem textui inserui. Quanquam tacere non possum infra quoque OPORTERET in tabula dici post FIANT. Cf. Cap. XXI. not. *y*.

(XII, 11.) ADESSENT.[m]) DVM. NEI. LONGIVS. C. DIES. EDAT. || *SOLV*||TO.[n]) SERVANDO. VBEI. EA. DIES. VENERIT. QVA.[o]) DIE. IVSEI. ERVNT.[p]) ADESSE. IVDEX. QVE||I.[q]) *EAM. REM. QVAESIERIT. EOS. RECIPITO. EOSQVE. AD. PRAETOREM. DVCITO. QVEI. EX. HACE. LEGE. QVAERET. TVM. PRAETOR. PEQVNIAM. QVAE. IN. AERARIO. EX. HACE. LEGE. POSITA. ERIT. EORVM. NOMINE. QVORVM. IS. QVEI. EX. HACE.*
LXIII. *LEGE. CONDEMNATVS. ERIT. LITEM.* ||| *AESTVMATAM.*
(XIV, 20.) *ESSE. SATIS.* || FECERIT.[r]) EIS.[s]) PRIMO. QVOQVE. DIE.[t]) QVAESTOREM. SOLVERE. IVBETO. QVAESTORQVE. EAM. PEQVNIAM.

m) ADESSINT. Boiss.

n) Litterae V, quae plena extat ap. Vrs. et Put., uestigium nunc in tabula fere euanuit.

o) QVO. Vrs. et Put.

p) Ita scripsi cum Puteano et Vrsino; in tabula| schedis testibus perperam scribitur IVS. FIERVNT.

q) Sched. dant QVE.; Put. et Vrs. QVEI.

r) EGERIT. Boiss.

s) EI. Vrs. et Boiss.

t) DEI. Boiss.

seruando. Vbi ea dies uenerit, qua die iussi erunt adesse, iudex qu||i *eam rem quaesierit, eos recipito, eosque ad Praetorem ducito, qui ex hac lege quaeret.* (9) *Tum Praetor pecuniam, quae in aerario ex hac lege posita erit, eorum nomine, quorum is qui*
LXIII. *ex hac lege condemnatus erit litem* ||| *aestimatam esse satis* || fecerit, eis (10) primo quoque die Quaestorem soluere iubeto, Quae-

9) Praetor solus, ut modo diximus (not. 7.), iubere poterat Quaestorem soluere pecuniam, nihilo autem minus legem hic iudicis quaestionis mentionem facere uidemus. Huic igitur iudici recipiendi legatos officium ita dedimus, ut ab eo legati ducerentur ad Praetorem, qui Quaestori solutionem imperaret. Simili modo supra eductionem in ius fieri uidimus ad iudicem quaestionis, receptionem nominis ab ipso Praetore. Cf. Cap. VIII.

10) Cum mox in eadem causa sequatur pluralis numerus, *EI*, quod est in tabula, in *EIS* mutare non dubitaui.

EIS. SED. FRAVDE. SVA. SOLVITO‖. *QVANTVM.* ‖ IN. AERA- (XII, 12.)
RIO. SIET. QVOD. EORVM. NOMINE. QVEI.[u]) NON. ADE-
RIT. TRIBVTVS. FACTVS. ‖—‖—‖ PRAETOR.[x]) EX. HACE. LEGE. LXIV. (XIV, 21.)
TRIBVENDEI. CAVSA. PRODEIXERIT. IS. VTEI. QVOD. RECTE.
FACTVM. ESSE. VOLET. FACITO.[y]) QVOMODO. PRODE‖*IXERIT.*
MA‖IORE.[z]) PARTE. DIEI. AD. EVM.[aa]) DIEM. DONEC. SOLV- (XII, 13.)
TVM. ERIT. APVD. FORV|M. PALAM. VBEI. DE. PLANO. L‖*EGI.*[bb])

u) QV*I* Put.

x) Pro PRAETOR Boiss. legit haec: VERO. A. R. (?).

y) Illa omnia: „FACITO. QVOMODO. PRODE" absunt Boiss.

z) *MA*IORE Put.

aa) E*A*M. Vrs. et Put.

bb) L est in schedis; Put. et Vrs. abest. Retinui schedarum lectionem et transposui RECTE et LEGI.

storque eam pecuniam eis sine fraude sua (11) solnito ‖ *quantum* ‖ in aerario sit. (12) Quod eorum nomine, qui non aderit tributus factus ‖ (13) — ‖ — ‖ Praetor ex hac lege tribuendi causa prodi- LXIV. xerit, is uti quod recte factum esse uolet facito quomodo prod‖*ixerit ma*‖iore parte diei ad eum diem, donec solutum erit, apud foru|m

11) SED. FRAVDE. pro SE. FRAVDE., ut est in XII., legi Thoriae (Vrs. IV, uers. 23. 36.) et Seruiliae usitatum est. Cf. Lin. LXVIII. (XII, 17.) In lege Mamilia (Brisson. form. II, c. 26.), in lege de scribis et uiatoribus (Sigon. Ius Ciu. Rom. II, 9.). in lege Quinctia (ap. Frontin. ed Poleni p. 229.), et in L. 1. pr. ad L. Falcid. scribitur uulgatius SINE. FRAVDE.

12) Inserui QVANTVM propterea, quod aerarium non amplius teneri uidebatur, quam in quantum litibus aestimatis pecunia in eo posita sufficeret.

13) „*Tributus*, quod *tributum* nos dicimus, a plerisque ueterum dictus est." Gell. XIII, 20. Cf. Plaut. Epid. II, 2, 43. Cato ap. Non. cap. 3. n. 252. An dicamus, Praetori, qui eorum qui in exilium abierint bona publice possideri iusserat, mandatum hoc loco esse, ut uideret nequid ex damnatione, bonis damnati in lustrum censis, detrimenti caperet aerarium publicum? ita dico ut, nisi quis Praetore prodicente uindex uenisset, pecunia in aerario deposita lustro peracto populi fieret (POST. QVINQVENIVM. POPVLEI. FIET.). Ita quidem loci sensum mihi explicui; a restitutione autem abstinui, cum nihil aliunde haberem, quod lucem loco afferret.

RECTE. POSSITVR. PROSCRIPTVM. PROPOSITVMQVE.
LXV. (X, 1.) *HABETO.* | — ||| FECERIT. D||*IES.* ee) . . *PROX*||VMOS. EX. EA.
(XIV, 22.) DIE. QVA. TRIBVTVS. FACTVS. ERIT. APVD. FORVM. PALAM.
VBEI. DE. PLANO. RECTE. LEGI. POSSITVR. PROSCRI||*PTVM.*
(XII, 14.) | — || POST. QVINQVENIVM. dd) POPVLEI. FIET. QVAE. PE-
QVNIA. EX. | HACE. LEGE. IN. AERARIVM. ee) POSITA. ERIT. |
LXVI. (X, 2.) (XIV, 23.) QVOD. IN. ANNEIS. Q ff) || — ||| EANDEM. PROVI||*NCI*||AM. gg) HABE-

cc) In tabula uti nunc est uix littera D agnoscitur. Cf. quae lapidi incidi curaui tab. I. Itaque neque Bimardus neque Amadutius legit. Solus Vrsinus exhibet D*I*.

dd) Vrs. et Put. QVINQVE*NN*IVM.

ee) Sic scribunt omnes.

ff) ANNF Put.; ANN*EIS* Vrs.; ANN*EIS. Q.* schedae.

gg) PROVI*N* solus Vrs.

palam, ubi de plano l||*egi recte possit, proscriptum propositumque*
LXV. *habeto* | (14) — ||| fecerit d||*ies . . prox*||imos, ex ea die, (15) qua tributus factus erit, apud forum palam, ubi de plano recte legi possit, proscri||*ptum* | (16) — || post quinquennium populi fiet. Quae pecu-
LXVI. nia ex | hac lege in aerarium posita erit | quod in annis q|| (17) — |||e-

14) Eandem fere formulam, de professione frumentationis causa usurpatam, legimus in tabula Heracleensi Lin. 15. et 16. ITA. IN. TABVLAM. IN. ALBVM. REFERVNDA. IDQVE. APVD. FORVM. ET. QVOM. FRVMENTVM. POPVLO. DABITVR. IBEI. VBEI. FRVMENTVM. POPVLO. DABITVR. COTTIDIE. *MAIOREM. PARTEM. DIEI. PROPOSITVM. HABETO. V. D. P. R. L. P.* Cf. Mazochi comm. p. 310. Formulam *Vnde* uel *Vbi De Plano Recte Legi Possit* nouimus ex Val. Probo, L. 11 §. 3. de instit. act. (XIV, 3.), Ioseph. ant. XIX, 5. et nostra lege Lin. XXXVIII. (XI, 33.) et Lin. LXV. (XIV, 22.) ubi pro POSSIT legitur POSSITVR, quam formam etiam aliunde satis nouimus. Cf. de hac formula Cuiac. Obs. VII, 30.

15) Ne generis mutationem in uoce *dies* mireris, uid. Lin. LXII. (XII, 11.) et LXIII. (XIV, 20.) „Vbi *ea* dies uenerit, *qua — — primo quoque die*," et Lin. LXIV. (XII, 13.) et LXV. (XIV, 22.) „ad *eum* diem — ex *ea* die."

16) Cf. not. 14. et supra Lin. XXXVIII. (XI, 33.).

17) An „Q||*VINQVE*" legendum? Modo lex disseruit de quinquennio.

BIT. EIS. FACIVNTO. VTEI. QVOD. RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. QVOD. EIVS. IS. REVS. NON. SOLVERIT. AB. EIS. PR. [hh]) ‖ *QVEI. EX. H. L. QVAERET. FACITO. VTEI. PRIMO. QVO-* ‖QVE. [ii]) DIE. PEQVNIA. EXIGATVR. (XII, 15.)

hh) Boissardus dat P. R., quod per se hoc loco non fuerit absurdum; ut tamen hanc sequerer lectionem, multum afuit. Nempe eundem Boissardum mox contra Vrsini et Mabillonii fidem scripsisse uidebimus P. R. *QVEI. EX. H. L. QVAERET.*! Cf. cap. XX. not. l.

ii) *EO*QVE. Put.

andem proui‖*nci*‖am habebit, (18) ei faciunto uti quod recte factum esse uolet. Quod eius is reus non soluerit, ab eis Praetor, ‖*qui ex hac lege quaeret, facito ut primo quo*‖que die (19) pecunia exigatur.

18) In his quae perierunt Praetoris et Quaestoris latet commemoratio; non enim ad plures illa „EIS. FACIVNTO." (cf. Cap. IV. not. 2.) spectare poterant.

19) Cf. Lin. LXIII. (XIV, 20.).

Caput XX.

Fragmenta incerta.

PEQVNIA. IN. F|ISCIS.[a]) OPSIGNETVR. QVAE. QVOM-
QVE.[b]) P|EQVNIA. EX. HACE. LEGE. AD. Q||*VAESTOREM.*[c])
LXVII. (X,3.) *REDACTA. FVERIT.* |—| *QVOI.* ||| QVIS. PRAETOR. LITIS.
(XIV,24.) AE||STVMAVERIT.[d]) ET.[e]) VNDE. EA. PEQVNIA. REDACTA. SIET.
QVANTVMQVE. IN. EO. FISCO. SIET. QVAESTOR. QVEI. QVOM-
||*QVE.*[f]) *AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINEBIT. VTEI.*
(XII,16.) *QVOD.* || RECTE.[g]) FACTVM. ESSE. VOLET. FACITO. IN. DIE-
BVS. V. PRO|XVMEIS.[h]) QVIBVS. QVOMQVE.[i]) EIEI. AERARIV|M.

a) *T*ISCIS Pighius.

b) QVAEQVOMQVE Pigh.

c) Litteram Q, ab Vrs. plane omissam, e schedarum indiciis et a Pighio recepi.

d) Litterae AE plenae adsunt in tab. X.; Vrsinum eas tam in tab. X. quam in tab. XIV. uidisse inuenio!

e) E*I* Vrs.

f) Vrs.: QVIQVOM.; secutus sum Boissardum.

g) Vrs.: ECTE.; schedarum uestigia confirmat Puteanus.

h) Puteanus in superiore tabulae parte PRO*XVMEIS* legisse testatur.

i) Vrs. et sched. interpungunt, Pighius coniungit QVIBVSQVOMQVE.

Pecunia in f|iscis obsignetur. Quaecunque p|ecunia ex hac LXVII. lege ad Q||*uaestorem redacta fuerit* [1] |—| *cui* ||| quis Praetor lites ae||stimauerit et unde ea pecunia redacta sit quantumque in eo fisco sit, Quaestor, quicun||*que aerarium prouinciam obtinebit, uti quod*|| recte factum esse uolet, facito in diebus quinque pro|ximis, quibus-

1) Pecunia, quae litibus singulis aestimatis ex bonis damnati ad Quaestorem redacta erat, singulis unde redacta erat nominibus, in fiscis obsignata, in aerario erat seruanda. Hoc saltem in exordio capitis praescriptum fuisse, tam ex inscriptione, quam ex eis quae mox sequuntur nobis persuadere possumus; restitutionem uero plane omisi, quod praeter hunc sensum nihil certi loco inserendum habui.

PROVINCIA. OBVENERIT. ‖ *VTEI.* | — | *QVOI.* ‖| PEQVNIAM. EX. LXVIII. (X,4.)
HACE. LEGE. ‖ QVOD. SINE. MALO. PEQVLAT*V.*[k]) FIAT. PR.[l]) (XIV,25.)
QVEI.[m]) EX. HACE. LEGE. QVAERET. DAREI.[n]) SOLVI. IV*SE*-
RIT.[o]) ID. QVAESTOR. ‖ *QVEI. QVOMQVE. AERARIVM. VEL.*
VRBANAM. PRO‖VINCIAM.[p]) OPTINEBIT.[q]) SED. FRAVDE. (XII,17.)
SVA. EXTR|A ORDINEM. DATO. SOLVITOQVE. QVAESTOR.
M|ORAM. NEI. FACITO. Q‖*VAESTOR.*[r]) | — | .

k) PEQVLATV*M*. Vrs. Boiss. et Mabill. exhibent.

l) P. R. Boiss.

m) Vrs.: QVI.; nos Boiss. et Mab. secuti sumus.

n) DARE*T*. Boiss.

o) IVS. ERIT. Boiss. et Vrs.

p) *PR*OVINCIAM. Put.

q) In schedis: OBTINEBIT; secutus sum Put. et Vrs.

r) Litteram Q uidit Bluhm.; ap. Vrs. et Pigh. abest.

cunque ei aerariu|m prouincia obuenerit, ‖ *ut* | (2) — | *cui* ‖| pecuniam LXVIII. ex hac lege, ‖ quod sine malo pecula*tu* fiat (3), Praetor qui ex hac lege quaeret dari solui iusserit, id Quaestor ‖ *quicunque aerarium uel urbanam pro*‖uinciam obtinebit, sine fraude sua extr|a ordinem dato soluitoque. Quaestor m|oram ne facito. (4) Q‖*uaestor* | — | .

2) Quid in hac lacuna Quaestor aerarii iussus fuerit non audeo conicere.

3) In lege de scribis et uiatoribus (Vrs. ad Ant. Aug. s. num. XVI.) inuenio haec: „QVAESTOR. QVEI. AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINEBIT. EAM. PEQVNIAM. EI. SCRIBAE. SCRIBEISVE. HEREDIVE. EIVS. SOLVITO. IDQVE. EI. SINE. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO. *QVOD. SINE. MALO. PEQVLATVV. FIAT.*" Ex hoc loco nostrum in quo scribitur PEQVLATV*M* corrigere non dubitaui. Quibusnam tamen personis ex huius loci auctoritate soluendum fuerit plane nescio, ut ne coniecturae quidem periculum facere ausim.

4) Hoc caput omni loco de soluenda reddendaque pecunia finem fecisse uidetur. Quo tamen haec mora pertinuerit, utrum ad proxime praecedentia, an ad omnem pecuniae captae solutionem nescio; utique uero totum hoc caput non uidetur magnum fuisse, cum in sequenti linea nouam iam pertractari uideamus rem.

Caput XXI.

NEIQVIS. IVDICIO. IMPEDIMENTVM. FACIAT.

LXIX. (X,5.) *QVOD.* ||| EX. HACE. LEGE. IVDIC*I*VM.[a]) FIER||I.[b]) || OPORTEBIT.
(XIV,26.) QVOM. EX. HACE. LEGE. FIERI. OPORTEBIT. NEIQVIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. PROVE||. *QVO. INPERIO. PO-*
(XII,18.) *TESTATEV*||E. E|*RIT.*[c]) *FACITO. QVO.* | MINVS. SETIVSVE.

a) In tabula perperam scribitur IVDIC*V*M, ut iam Bim. et Primiss. testantur et nos quoque uidimus. Vrs. et Amad. exhibent lectionem emendatam.

b) In littera R fracta est tabula; ante OPORTEBIT iam Boiss. legit RI.

c) Duplex E tam Vrs. quam Put. fugit.

LXIX. *Nequis iudicio impedimentum faciat.* (1) *Quod* ||| ex hac lege iudic*i*um fier||i || oportebit, cum ex hac lege fieri oportebit, nequis magistratus proue magistratu proue || *quo imperio potestateu*||e e|*rit* (2) *facito, quo* | minus setiusue fiat, iudiceturue, (3) neue

1) Nonum hic incepisse caput, quae sequuntur nobis persuadent; uidemus enim quodcunque impedimentum iudicio ex potestate aliqua publica factum hoc loco uetari; inde inscriptio capitis facile restitui poterat. Deinde de eorum officio nonnihil disseritur, qui a praecedenti magistratu rem nondum iudicatam peractamque acceperint, id quod cum nulla inseratur inscriptio huic capiti annexum fuisse uidetur.

2) De eis hic agitur quorum potestatis suae abusus iudicium quodammodo impedire poterat, de magistratu inquam prouemagistratu. De utroque plures inuenimus formulas; uelut in lege Thoria uers. 30. (Vrs. I.) „*MAG.* | PROVE. MAG. QVO. DE. EA. RE. IN. IOVS. ADITVM. ERIT."; item in L. Gall. Cisalp. Col. I. uers. 15. „TVM. MAG. PROVE. MAG. II. VIR. III. VIR. PRAEFECVE QVOQVOMQVE. D. E. R. IN. IVS. ADITVM. ERIT." Ad uerbum autem nostro loco opem ferre possumus ex eadem L. Gall. Cisalp. Col. I. uers. 51., ita ut uix uerear, necui nostra ex hoc loco facta restitutio dubia sit: „NEIVE. QVIS. MAG. PROVE. MAC. NEIVE. QVIS. PRO. QVO. IMPERIO. POTESTATEVE. ERIT. INTERCEDITO. NEIVE. QVID. ALIVD. FACITO. QVO. MINVS. D. E. R. ITA. IVDICIVM. DETVR." PROMAGISTRATV proprie ad Proconsules Propraetoresque pertinere uidetur; PRO. QVO. IMPERIO. POTESTATEVE. ERIT. ad legatos eosque, quibus ab his potissimum potestas delegata erat.

3) Vt hic dicitur „*iudicium fiat iudiceturue*" ita supra pluries legimus in formula „*iudicium iudicatio esto.*" Cf. Cap. I. not. 7.

FIAT. IVDICETVRVE. NEIVE.[d]) QVIS. EVM. QVEI.[e]) EX. HACE. LEGE.[f]) IVDICI||VM. EXERCEBIT. NEIVE. EVM. QVE||*I.*[g]) *IV-DEX. EAM. REM. QVAERET. NEIVE. EOS. QVEI. IVDI-CES. PATRONIVE. TESTESVE. IN. EAM. REM. EX. H. L. ERVNT. NEIVE. EVM. QVEI. EX. H. L. PETET. EVMVE. VNDE. PETETVR. QVO. DIE. IN. IVDICIO. ADESSE. IVSSI. ERVNT. AVOCATO. NEIVE.* ||| AVOCARIER. IVBETO. NEIVE. LXX. (X, 6.)
AB||DVCITO.[h]) NEIVE. ABDVCIER. IVBETO. NEIVE. FACITO. (XIV, 27.)
QVO[i]) QVIS. EORVM. MINVS. AD. ID. IVDICIVM. ADESSE. POS-S||*IT. QVOVE. QVOI. EORVM. MINVS. IN. EO. IVDICIO. VERBA. DEICERE.* || VERBA. AVDEIRE.[k]) IN. CONSILIVM. EIRE. (XII, 19.)
IVDICARE. LICEAT. NEIVE. IVDICIVM. DIMITE|RE. IVBETO. NISEI. QVOM. SENATV||S.[l]) *IVRE. CONVENERIT. AVT. NI-SEI. QVOM. CALATA. ERVNT. COMITIA. AVT. NISEI.*

d) NEIVE Pighio excidit.
e) Solus Vrs. QVI.
f) Idem solus per compendium scripsit H. L.
g) Vrs. QV; Pigh. et sched. QV*E*.
h) In littera B tabula ita fracta est, ut littera E adesse uideatur.
i) QVO*D*. Boiss.
k) AVD*I*RE. Pigh.
l) SENATVS. solus Pigh.

quis eum, qui ex hac lege iudici|um exercebit, neue eum, qu||*i iudex eam rem quaeret, neue eos, qui iudices patroniue testesue in eam rem ex hac lege erunt, neue eum, qui ex hac lege petet, eumue unde petetur, quo die in iudicio adesse iussi erunt, auocato neue* ||| auocari iubeto, neue ab||ducito neue abduci iubeto, neue LXX.
facito quo quis eorum minus ad id iudicium adesse poss||*it, quoue cui eorum minus in eo iudicio uerba dicere* || uerba audire in con-

QVOM. OMNES. QVIRITES. AD. CONVENTIONEM. IN. COMITIA. CENTVRIATA. IVRE. VOCABVNTVR. EXTRA. QVAM. SEIQVID. IN. SATVRAM. FERETVR. AVT. NISEI.
LXXI. (X,7.) (XIV,28.) *QVOM.* ||| TRIBVS. INTRO. VOCABVNTVR. E||X||TRA. [m]) QVAM. SEIQVID. [n]) IN. SATVRAM. FERETVR. [o]) SEI. IS. PRAETOR. QVI. [p]) EX. HACE. LEGE. QVAERET. [q]) SEI||*VE.* [r]) *QVEIQVOM-*

m) Litteram X Vrs. uidit ante TRA.

n) Vrs. SEI. QVID.

o) Spatium annotat Vrs.

p) QV*EI.* Boiss.

q) QVAER*I.* Boiss.

r) Apud Boiss. hic uersus desinit in SE.

silium ire, iudicare liceat;(4) neue iudicium dimitte|re iubeto (5) nisi cum senatu||s *iure conuenerit, aut nisi cum calata erunt comitia, aut nisi cum omnes Quirites ad conuentionem in comitia centuriata iure uocabuntur, extra quam siquid in saturam feretur, aut*
LXXI. *nisi cum* ||| tribus intro uocabuntur, e||x||tra quam siquid in saturam feretur. (6) Si is Praetor qui ex hac lege quaeret si||*ue qui-*

4) Quae huic loco intuli, omnia certissima sunt. De pluribus enim singulatim uetitum esse uidemus, nequis eos aliquo modo a iudicio perficiendo arceret: primum de Praetore (QVI. IVDICIVM. *EXERCEBIT.* Cf. Cic. pro Arch. c. 3. 32.); deinde de iudice quaestionis (EVM. QVI. etc.) ceterisque iudicibus, quod ex illis consequitur uerbis: QVO. MINVS. — IN. CONSILIVM. IRE. IVDICARE. LICEAT." cf. Cap. XVII. not. 2; denique de utrisque litigantium partibus, patronis testibusue, quo spectant haec: VERBA. AVDEIRE. quibus VERBA. DEICERE. praecessisse non est ueri absimile. Cf. Lin. XXXVII. (XI. 32.) „VTEI. TESTIVM. *VERBA. AVDIAT.*"

5) Iudicium dimittere, ut qualemcunque concionem dimittere, comitiatum auocare licebat omnibus magistratibus pari maioreue potestate. Cic. de leg. III, 3. „Omnes magistratus auspicium iudiciumque habento; — — ni par maiorue potestas prohibessit. — Vis in populo abesto. Par maiorue potestas plus ualeto." Cf. Varro ap. Gell. XIV, 7. et de intercessione Praetorum in causis ciuilibus Cic. in Verr. I, 46.

6) Intercessionem dimittendi iudicii causa uetitam uidemus „NISI. SENATVS. | — | TRIBVS. INTRO. VOCABVNTVR." Omnis loci sententia non est in dubio: prohibetur intercessio nisi publicum aliquid fiat, quod ipsi iudicio nisi consilium dimittatur damno esse possit. Omnia igitur in

QVE. QVAESTOR. QVOI. AERARIVM. VEL. VRBANA. PROVINC||IA. OBVENERIT. IOVDICIOVE. [s]) INPERIOVE. ABIE- (XII, 20.) RIT. ABDICAVERIT. MORTVOSVE. ERIT. AN|TE. QVAM. EA. OMNIA. IOVDICA||*TA. SOLVTAQVE. EX. HACE. LEGE. FVERINT. QVAE. IVDICARI. SOLVIQVE. OPORTET. PR. QVEI. POST. ILLVM. EX. HACE. LEGE. QVAERET. QVEIVE.*

s) IVDICIOVE. Pigh.

cunque Quaestor, cui aerarium uel urbana prouinc||ia obuenerit, (7) iudicioue inperioue abierit, abdicauerit mortuusue erit an|te quam ea omnia iudica||*ta solutaque ex hac lege fuerint, quae iudicari soluique oportet*, (8) *Praetor qui post illum ex hac lege quaeret,*

eo sunt sita, ut uetetur, ne publica negotia publicis damno sint, quod tam commune est ius, ut etiam Athenienses tum tantum iudicia fieri iubeant, *ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ*, de quorum uerborum in legibus Atticis sensu (Demosth. in Mid. p. 529. in Timocrat. p. 720.) frustra interpretes consului. In nostro loco senatus et tributorum comitiorum uidemus uestigia; non igitur dubium est, quin de reliquis quoque comitiis sermo hic fuerit, cum praesertim per dies comitiales senatus quoque haberi non potuerit. Cic. ad. Q. Fr. II, 2. Itaque de centuriatis comitiis eam inserui formulam, qua ex antiquis commentariis consulum ab accenso conuocationem olim factam esse tradit Varro De L. L. V, p. 75. ed. Bip. „Voca *ad conuentionem omneis Quiriteis* huc ad me." — „Impero qua *conuenit ad comitia centuriata.*" Formulam „*extra quam siquid in saturam feretur,*" quae mirum in modum Caeciliam Didiam legem praeparasse uidetur, quaeque, cum de tributis dicatur in centuriatis comitiis abesse non poterat, adiicere non dubitaui. Reliquo denique spatio inserui tertiam comitiorum speciem, quamquam confiteor me in eo non sine dubitatione fuisse, cum Ciceronis certe temporibus curiata comitia iam non nisi per lictores auguresque perfici solita esse constet. Verbum *introuocari* de tribubus dicitur Livio X, 24.

7) Praetori Quaestorem addere nos cogit Lin. seq. (XII, 21.), qua mox de utriusque officio agetur. In formula Quaestori adiungenda paullo a loquendi usu uulgari deflectendum erat, tum propter uacuum spatium, tum propter eius formulae uestigium quod nobis seruauit Lin. LXXVIII. (XII, 27.); inde etiam Lin. LXVIII. (XII, 17.) aliter restitui.

8) Si de Praetoris hic agitur et Quaestoris officio, nihil praeter iudicationem desideratur, quam solutio; huius igitur mentio iniicienda nobis erat. Quibus modis id fecerim non magni faciam.

QVAESTOR. POST. ILLVM. AERARIVM. PROVINCIAM.
LXXII. (X.8.) *OPTINEBIT. IS. VTEI. QVOD. RECTE. FACTVM.* ||| ESSE. VO-
(XIV.29.) LET. FACITO. VTEI.[t]) EA. OMNIA. || QVOD.[u]) EX. HACE. LEGE. FACTVM. NON. ERIT. FACIANT. FIANTQVE. QVAE.[x]) EX. HACE. LEGE. FIERI. OPORT*ET.*[y]) SEI. || *QVOD. EX. H. L. FIERI.*
(XII.21.) *OPORTET. FACTVM. NON. ERIT. DE. EA. RE.* || PRAETORI. QVAESTORIQVE.[z]) OMNIVM. RERVM. QVOD. EX. HACE. LEGE.

t) In tabula peperam scribitur VT. EI., quod etiam Bimard. agnoscit; Amad. cum Vrsino tacite corrigere uidetur in VTEI.

u) Ita Boiss. et Mab.; Vrs. perperam QVD.

x) QVAE. excidit Boiss.

y) Vrs.: OPORT*ERE.* SEI.; Boiss.: OPORT*ERET.* SE.; correxi OPORT*ET.* Non enim contenderim antiquos ita coniungere potuisse, licet similem coniunctionem supra uidimus. Cf. Cap. XIX. not. m et 8.

z) QVAESTORIVE Pigh.

quiue Quaestor post illum aerarium prouinciam optinebit, (9) *is*
LXXII. *uti quod recte factum* ||| esse uolet facito, ut ea omnia || quod ex hac lege factum non erit (10) faciant, fiantque quae ex hac lege fieri oportet. Si || *quod ex hac lege fieri oportet factum non erit, de ea re* || Praetori Quaestorique omnium rerum, quod ex hac lege fa-

9) Siquis magistratu abierat, abdicauerat, mortuusue erat, nemo propius ad res, quae nondum peractae erant, peragendas accedebat, quam qui post illum eandem prouinciam obtinuerat, licet res non apud eum acta erat; inde ad eum Praetorem Quaestoremque rem detuli, qui in priorum locum successissent. Formulam *uti quod recte factum esse uolet* ex ipsa hac lege restituere potui. Cf. Lin. antec. et Cap. XII. not. 2.

10) Cf. Cap. XVIII. not. 5.

FACTVM. NO|N. ERIT. SIREMPS. LEX. ESTO.[aa]) QVA||*SEI. APVD. EOS. EA. RES. ACTA. ESSET.*

aa) Vrs. et Pigh.: ESET.; secutus sum schedas.

ctum no|n erit, siremps lex esto (11) qua||*si apud eos ea res acta esset.* (12)

11) Formula *siremps lex esto* satis est nota dudumque a uiris doctis tractata. Lips. lect. antiq. I, 1. Fruterii Verisimil. II, 3. (in Gruteri face tom. II. ed. Francof. 1604. 8.) Brisson. formul. II, 1. Seruarunt eam nobis non solum scriptores antiqui, ut Charis. inst. Gramm. I. (p. 116. Putsch.), Val. Probus de Notis Rom., Plaut. Amphitruon. Prol. uers. 73., Seneca ep. 91. et Frontinus de aquaed. ex lege Quinctia ed. Poleni p. 226., sed praecipue ipsa legum antiquarum monumenta; sic in lege Thoria (Vrs. IV, 21.), in lege de scribis et uiatoribus (Vrs. ad. Aug. num. XVI.), in plebiscito ap. Marinium (Atti e mon. dei frat. aruali p. 568.) et in lege Gall. Cisalp. Col. II. uers. 10. et 40., ubi tamen perperam in editione recentissima haec res notissima ad Carlinam explicationem reducta est. Tavola legisl. della G. C. rest. da Pietro de Lama Parma 1820. p. 30. et 33. „sic res (siremps) lex ius causaque omnibus omnino ratum (omnium rerum) esto." In omnibus his locis formulae sensus est idem: siremps lex (sirempse in casu obliquo) dici solebat, ubi, quo proprie non pertinebat, tamen ualeret, quasi proprie de ea re lata esset.

12) Quae post QVASI addidi uerba recepi e Lin. LXXIX. (XII, 28.)

Caput XXII.

Fragmenta incerta.

LXXIII. (X.9.) |—| *SEI. IOVDICIVM.* ||| FVIT. FVERIT. VE. [a]) EX. LEGE.
(XIV.30.) QVAM. L. [b]) CAL||*P*||VRNIVS. [c]) L. F. TR. PL. ROGAVIT. EXVE. [d])
LEGE. QVAM. M. IVNIVS. D. [e]) F. TR. PL. ROGAVIT. QVEI. [f])
EORVM. EO||. *IOVDICIO. CONDEMNATVS. EST. ERITVE.*
(XII.22.) *QVO.* || MAGIS. [g]) DE. EA. RE. EIVS. NOMEN. EX. [h]) HACE. LEGE.
DE*FERATVR.* [i]) QVOVE. MA|*GIS.* DE. EA. RE. QVOM. [k]) || *EO.*

a) FVERIT. VE. in tabula scribitur; Vrs. coniungit FVERITVE.

b) Pro L. ap. Bimard est I.

c) *D*VRNIVS. Boiss.

d) EX. VE. Boiss.

e) D. abest ap. Boiss.

f) *R*VEI. Boiss.

g) Pigh. AGIS.; Vrs. cum sched. *M*AGIS.

h) EX. abest ap. Vrs. et Pigh.

i) In tabula est: „DE*IVRATVRVM.*" et pro „MAGIS" „MAG*ISTRATVS.* IS". Licet uero mihi omnis loci sententia obscura mansit tamen e Lin. LXXX. corrigere non dubitaui. Scalptor enim, qui ob nimium in tabula spatium fere omnia quae ante per compendium scripserat in inferiore tabulae parte dissoluere consueuit, cuius rei multa adsunt exempla, DE*I*ERATVR legit pro DE*F*ERATVR et MAG. IS pro MAGIS ideoque dissoluit in DE*IE*RATVRVM uel DE*IV*RATVRVM et MAG*ISTRATVS.* IS.

k) Vrs.: QVOI; Pigh. schedarum uestigia explicat.

LXXIII. |—| *Si iudicium* ||| fuit fueritue ex lege quam L. Cal||*p*||urnius L. F. Trib. pleb. rogauit, exue lege quam M. Iunius D. F. Trib. Pleb. rogauit, (1) qui eorum eo || *iudicio condemnatus est eritue, quo* || magis (2) de ea re eius nomen ex hac lege de*feratur* quoue

1) Cf. Cap. VIII. not. 15.

2) Quae huic loco inserui, ad uerbum sunt recepta e Lin. LXXX., ubi, si ex hoc loco uicissim nonnulla restituuntur, eadem redire uidebimus.

EX. HACE. LEGE. IOVDICIVM. IOVDICATIO. LITISQVE. AESTVMATIO. SIET. | — ||| ERIT. QVOM. EIS. HACE.[l]) LEGE. LXXIV. (X,10.) ACTIO. NEI.[m]) ESTO. || DE. PRAEVARICATIONE. PRAE- (XIV,31.) TOR. QVEI. EX. HACE. LEGE. QVAERET. QVA. DE. RE. EI.

l) HACCE. Amad.

m) Ita correxi cum Vrsino; in tabula est ACTIONEI. quod etiam Bim. et Amad. agnoscunt.

ma|*gis* de ea re cum || *eo ex hac lege iudicium iudicatio litisque aestimatio sit* | (3) — ||| erit, cum eis hac lege actio ne esto. (4) || LXXIV.

3) Formulam „*iudicium iudicatio litisque aestimatio,*" e primo capite (not. 7.) desumptam, ad publicum pertinere censeo iudicium, quo, licet ex legibus Calpurnia et Iunia per sacramentum iure ciuili actum fuerit, experiri licuisse supra uidimus. Cap. VIII. not. 15. A quo tamen pependerit duplex illud QVO MAGIS coniicere nolim; probabile autem est, hoc loco de eorum praemiis agi, qui, licet priuato iure iudicium peractum fuerit, fecerint ut ex hac lege nomen deferretur; nam de eisdem de quibus hoc loco rebus infra disseri uidebimus, postquam de praemiis accusatorum longior sermo fuerit. Lin. LXXX. Omnem huius loci orationem fere huiusmodi fuisse suspicor: „*Qui fecit, feceritue, licet iudicium* ||| fuit fueritue ex lege — — — quo magis nomen deferatur — || *ei hoc uel illud praemium esto.*" Quaenam uero delatorum praemia hic promissa fuerint, coniicere non audeo, cum ne id quidem contenderim, quomodo haec a simili loco infra differant. Siquis quadruplatorum hic mentionem factam esse uelit, monendum est, eos quartam bonorum damnati partem tunc modo praemio consecutos fuisse, cum earum rerum causa nomen detulissent, quarum ex legibus quadrupli erat actio, id quod in crimine repetundarum nunc scimus ex lege demum Cornelia introductum esse. Cap. XVIII. not. 1. De quadruplatoribus uid. Cic. Diuin. Caecil. c. 7. ibiq. Ascon. item in Verr. II, 7. 8. 9. Fest. s. h. u. Gronou. de sest. p. 271.

4) Iudicio priuato ex legibus Calpurnia et Iunia peracto, ex hac lege eatenus tantum experiri quis poterat, quatenus reus iam erat condemnatus; qui enim ne priuato quidem iudicio condemnari poterat, is publico iudicio recte accusari non posse uidetur. Non igitur dubito, quin hoc fere modo sit restituendum hoc loco: *queiue ex lege Calpurnia exue lege Iunia apsolutus* || erit, cum eis hac lege actio nei esto." Ad quosnam praeterea pertineat pluralis numerus in „*cum eis*" nescio; „*m rem iu*|dicandam recepi e Lin. LXXXI. (XII, 30.)

(XII, 23.) PRAE||*VARIC*|—|*M. REM. IV*||DICANDAM. [n]) ADFVERINT. QVEI. VIVENT. EORVM. MAIOREI. PARTI. [o]) SATIS. FAC|TVM. ERIT. NOMEN. QVOD. EX. || — |||

n) Litteram V soli Vrs. debemus.

o) Ita Pigh. et sched.; Vrs.: PARTIS.

De praeuaricatione. (5) Praetor, qui ex hac lege quaeret, qua de re ei prae||*uaric* |—| *m rem iu*||dicandam adfuerint, qui uiuent eorum maiori parti satis fac|tum erit, nomen, quod ex || — . |||

5) Totus mihi de praeuaricatione locus adeo est obscurus, ut non modo animo comprehendere, sed ne suspicione quidem attingere eum possim.

Caput XXIII.

De praemio ciuitatis.

DE. CEIVITATE. DANDA. SEIQVIS.[a]) EO‖R*V*‖M.[b]) LXXV. (X, 11.)
QVEI. CEIVIS. ROMANVS. NON. ERIT. EX. HACE. LEGE. ALTE- (XIV, 32.)

a) SEI. QVIS. Vrs.
b) In tab. EO*I* ap. Vrs. EO*R*.

De ciuitate danda. (1) Siquis eo‖*ru*‖m, (2) qui ciuis Ro- LXXXV.
manus non erit, ex hac lege alteri nomen ‖ *de pecunia capta coa-*

1) Si quae praecedunt recte diiudicauimus, lex in his de delatorum praemiis et si praeuaricarentur de eorum poenis disseruit: quod ad alios praeter ciues Romanos pertinere non est uerisimile; eorum uero, qui peregrini (uidelicet per patronos Cap. XVIII. not. 8.) nomen detulerint, praemia nunc tractari perspicuum est. Vt enim lege Iulia aliisque prioribus ei, qui aliquando nomen alicuius de ambitu detulisset, si ipse postea accusatus fuisset uenia erat praemio accusationis promissa (Cuiac. obs. VII, 29.), ita hoc legis Seruiliae caput de ciuitatis Romanae iure iis tribuendo, qui peregrini de repetundis nomen alicuius detulissent, dudum e Cicerone pro Balbo cap. 24. uiris doctis notum erat, mihique primam ad omnem hanc tabularum coniunctionem ansam dedit. Non autem propterea, quod res non erat ignota, despicienda sunt quae de illa ex his tabulis ad nostram peruenere scientiam. Quae enim tanquam Cicerone auctore uulgo hic traduntur, erroribus sunt contaminata. Primum quod ad nostrae legis historiam attinet, sunt qui dicant, legem Seruiliam de ciuitate danda diuersam esse a lege de repetundis et de iudiciis, quas unam eandemque fuisse hae tabulae satis superque demonstrant. (Ernesti Clauis Ciceron. in ind. leg.) Alii hanc legem de ciuitate a lege saltem de iudiciis differre contendunt. (Bachii hist. iur. ed. VII. p. 170.) Ex ipso deinde de ciuitate danda capite, omnes quos noui uiri docti plures eosque similes e Cicerone collegerunt errores. In eo enim consentiunt, ut hoc ciuitatis praemium ad Latinos solos pertinere dicant, neque nego id e Ciceronis loco colligi posse: „acerbissima" ait „lege Seruilia principes uiri — — hanc *Latinis, id est foederatis*, uiam ad ciuitatem patere passi sunt;" et mox „Seruilia lege aut ceteris, quibus *Latinis omnibus* erat propositum aliqua ex re praemium ciuitatis." Hactenus Cicero; sin uero nostrum inspicere uelis legis locum, uidebis, praemium ciuitatis nulla lege adiecta unicuique promissum, QVEI. CIVIS. ROMANVS. NON. ERIT.; itaque extra dubium ponitur, Ciceronem propterea solum de Latinis et foederatis commemorauisse, quod ageretur de Cornelio Balbo foederatae ciuitatis ciue. Deinde uero etiam contendunt, hoc ciuitatis praemium esse non potuisse nisi ex senatoris condemnatione concessum; neque idem nego Ciceronem dixisse, neminem eiusmodi praemium assequi posse, nisi *„ex senatoris calamitate;* uerum ex his Tullii uerbis non uidetur prohibitum nequis accusator praemium assequeretur, qui alium praeter senatorem accusauisset, sed Ciceronis saltem temporibus accusari solum solebant, qui, nisi ipsi senatores erant lecti, tamen ius habebant dicendi in senatu (Cf. Cap. VII. not. 6.)

REI. [c]) NOMEN. ‖ *DE. PEQVNIA. CAPTA. COACTA. ABLATA.*
(XII, 24.) *CONCILIATA. AVORSAVE. AD. PRAETOR*‖EM. QVOIVS. EX. HACE. LEGE. QVAESTIO. ERIT. DETOLERIT. ET. IS. EO. [d]) IVDICIO. HACE|. LEGE. CONDEMNATVS. ERIT. TV‖*M. EIS. QVEI. EX. HACE. LEGE. ALTEREI. NOMEN. DE. PEQVNIA. CAPTA. COACTA. ABLATA. CONCILIATA. AVORSAVE. DETOLERIT. QVOM. VXORE. LIBERISQVE. SEI. EIS. CEIVEIS.*
LXXVI. (X, 12.) *ROMANEI. NON. ERVNT.* ‖ CEIVIS. ROMANVS. EX. HACE. [e])

c) ALTERI. Boiss.

d) Vrs. scribit EO. *EQ.* IVDICIO., Pigh. EO. *FO.* IVDICIO. et annotat supra uocem FO. „*sic*", sched. EO. IVDICIO., ut uox dubia excidisse uideatur; nihilo autem minus neque Pighii neque Vrsini lectionem in textum recepi, sed potius, scalptorem uocem EO oscitanter duplicaturum suspicans, mendum plane relegaui. De equitibus autem hoc demum loco sermonem esse factum, nemo sane mihi persuadebit. Cf. Cap. VI. not. 1.

e) HACCE. Amad.

cta ablata conciliata auersaue (3) *ad Praetor*‖em, cuius ex hac lege quaestio erit, detulerit, et is eo iudicio hac | lege condemnatus erit, tu‖*m is, qui ex hac lege alteri nomen de pecunia capta coacta ablata conciliata auersaue detulerit,* (4) *cum uxore liberisque,*
LXXVI. *si ii ciues Romani non erunt,* (5) ‖ ciuis Romanus ex hac lege

deque his omnibus Ciceronem disseruisse arbitror. Quod denique tradi solet, accusatori eum in ciuitate Romana patuisse locum, quem condemnatus ante tenuisset (Cf. Ernestius, Bachius II. cc. Heineccius antiq. app. I, 8.), id neque ex Cicerone, neque ex nostrae legis reliquiis recte colligitur.

2) *Eorum* ad accusatores pertinet, de quorum si reus condemnatus fuerit praemiis et si praeuaricatione absolutus fuerit poenis iam in praecedentibus sermonem fuisse diximus.

3) Vix alia in hac lacuna expectaueris praeter uulgarem repetundarum formulam, quam pluries iam in hac lege uidimus.

4) Initium eorum, quae hic posui, desumptum est e Lin. LXXXII. (TVM. EIS. QV*EI*.), reliqua ex loci sensu redundarunt.

5) Cum mox ciuitatis praemium etiam nepotibus accusatorum concessum uideamus, de uxore et liberis adiiciendis non dubitaui; uerba „*si — erunt*" spatio uacuo non ita inserui, ut testibus ea firmare potuerim, attamen non uidebantur dubia. Cf. Gaius, I, 29. et 30.

LEGE. FIET. NEPOTESQ‖VE.[f]) *IA*‖M. EIEI.[g]) FILIO. GNATEIS. (XIV, 33.)
CEIVEIS. ROMANEI. IVSTEI.[h]) SVNT‖O.[i]) *QVOM. EIS. COM-*
MERCIVM. ET. CONVBIVM. EX. IOVRE. QVIRITIVM.
ESTO. MVNERISQVE. POPLICI. CAPIENDI. IOVS. ESTO.
SVFRAGIVM. IN. TRIBV‖M. FERVNTO. INQVE. EA*M.*[k]) TRI- (XII, 25.)
BVM. CENSENTO. MILITIAEQVE. EIS. VOCATIO. | ESTO. AERA.
STIPENDIAQVE. ‖ *OMNIA. MERITA. SVNTO. NEIQVI. MAGI-*

f) In tabula nunc est NEPOTESQ; Amad. dederat NEPOTESQV, Bimard. NEPOTESQVI, et Vrs. NEPOTESQVE.

g) E*I* Boiss.

h) IVST*I*. Boiss.

i) Vrs. SVNT; Boiss. SVNT*O*.

k) EA dant omnes, et Pigh. addit „*sic*"; correxi ad loci sensum.

fiet, nepotesq‖ue *ia*‖m (6) ei filio nati ciues Romani iusti sunt‖o, *cum eis commercium et conubium ex iure Quiritium esto, munerisque publici capiendi ius esto* (7) *suffragium in tribu*‖m ferunto inque ea*m* tribum censento, (8) militiaeque eis uocatio | esto, aera stipendiaque ‖ *omnia merita sunto.* (9) *Nequi magistratus proue*

6) *Iam*, id est, eo tempore quo quis ciuis factus est. Hanc optimam restitutionem Sauinii debeo beneuolentiae.

7) De commercio et conubio nihil quidem ex hac ipsa docemur lege, cum tamen singula ciuitatis Romanae iura commemorentur, de his dubitari nequidquam poterat. De muneris capiendi iure, quod iisdem de causis abesse non poterat, disserit Lin. LXXVIII.

8) Cicero de Cornelio Balbo (c. 25.) ait: „obiectum est etiam, quod in tribum Crustuminam peruenerit, quod hic assecutus est legis de ambitu praemio minus inuidioso, quam qui legum praemiis praetoriam sententiam et praetextam togam consequuntur." Caeterum addas uelim hunc locum ad eas centuriarum tribuumque apud ueteres scriptores commemorationes, quae utrarumque serioris aeui coniunctionem aliquam indicant. Cic. agr. II, 2. Planc. 20. in Verr. I, 9. ibiq. Ascon. Liuius V, 18. Illo enim tempore, quo tribus ad centuriarum distributionem nequaquam pertinebant (Liuius I, 43.), *in tribus censeri* non potuisse facile concedes.

9) Haec ita redeunt infra Lin. LXXXIII. (XII, 32. IX, 6.)

STRATVS. PROVE. MAGISTRATV. PROVE. QVO. IMPERIO. POTESTATEVE. ERIT. FACITO. QVO. MINVS. ITA. SIET. QVO. MINVS. EA. QVAE. IN. HOC. CAPITE. SCRIPTA.
LXXVII. (X. 13.) *SVNT. ITA. SIENT. FIANT. EIVS. HACE. LEGE.* ||| NIHILVM. ROGATO.

magistratu, proue quo imperio potestateue erit, facito quominus ita sit. (10) *Quo minus ea, quae in hoc capite scripta sunt,*
LXXVII. *ita sint fiant, eius hac lege* ||| nihilum rogato. (11)

10) Linea LXXXIII. cit. post ea quae modo huc recepimus pergit „NEIQVI. MAG. PR"; quibus formulam paullo ante e lege Gall. Cisalp. restitutam (Cap. XXI. not. 2.), „*PRoue magistratu proue quo imperio potestateue erit*" addidimus. Deinde dubiis quidnam magistratibus hic uetitum fuerit (in tabula est *NEIQVI.* MAG.), nihil probabilius addendum habui, quam ex mera coniectura illud „*facito quominus ita siet.*"

11) Formulae „*hac lege* | NIHILVM. ROGATO." restitutio, cum nullo discrimine facto res diuersissima tractetur a recentioribus (Brisson. form. II, 19.), in longam me uocat explicationem. Erat, ut tam e libris quam e monumentis colligitur, in legibus antiquis usitatissima, in sensu tamen et uerbis non eadem semper. Vt prius sensum rei examinemus, tribus modis hanc formulam legibus adiectam uidemus. Primo huius formulae modo legumlatores uti solebant, nequis diceret, nouum ab iis rogatum esse, siue aduersus ea, quae moribus uel aliqua religione sancita fuerint, siue aduersus solitam et principalem legum sanctionem „*nequis aduersus eas aliquid rogaret.*" Ita formulam, quam omnibus legibus (Cic. pro Caecina c. 32. 33. et Or. pro domo c. 40.) addere solebant, plenissimam uideo explicatam a Valerio Probo: „Si Quid Sacri Sancti Que Est Quod Ius Non Sit Rogarier Eius Hac Lege Nihilum Rogatur." Minus prolixa Cic. pro Caecina c. 32. e lege Cornelia his profert uerbis: „Siquid ius non esset rogarier eius ea lege nihil rogatum." Eadem uerba, in lege Clodia de exule Cicerone iniuria omissa, ab oratore p. domo c. 40. commemorantur. Cautiores uero fuisse octo tribunos in lege de Cicerone reuocando, iam a. d. IV. kal. Nou. 596 promulgata, Cicero scribit ad Atticum (III, 23.), illam adiicientes formulam: „Siquid in hac rogatione scriptum est, quod per leges — promulgare abrogare derogare obrogare S. F. S. non liceat, non licuerit, quodue ei, qui promulgauit abrogauit derogauit obrogauit, ob eam rem poenae multaeue sit, E. H. L. N. R." Has uero sanctiones, quarum e monumentis unum modo noui exemplum ap. Murat. in Thes. tom. II, p. 576. iam Cicero l. c. obseruat „numquam esse obseruatas earum legum quae abrogarentur; nam si id esset, nulla fere abrogari posset; sed cum lex abrogatur, illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat." Itaque addit iam in lege nulla illo tempore esse eiusmodi caput, et Clodium solum id huic legi inculcasse; id quod nobis explicat, quod ne unum quidem quantum equidem scio ad nos uenerit iudicii παραινέσεων exemplum, cum tamen ut Athenis ita Romae id fuisse iam ex huius formulae origine demonstrari possit. Hactenus de primo huius formulae usu; praeterea duo in

Caput XXIV.

Fragmenta minora.

DE. PROVOCATIO‖NE. |—‖ EQVE.[a] DANDA. SEI-(XIV, 34.) QVIS.[b] EORVM. QVEI. ‖—T‖OR.[c] PRAETOR. AEDILISVE. NON. (XII, 26.)

a) Ξ. QVAE. Boiss.

b) SEIQV*EIS*. Id.

c) Post OR, ut schedae, uel *TOR*, ut Vrs. et Pigh. scribunt, spatiolum uacuum schedae et Vrs. annotant; non autem mihi consulto ita scriptum uidetur.

De pronocatio‖n*e* |—‖ eque danda.(1) Siquis eorum, qui ‖—t‖or Praetor Aedilisue non fuerint,(2) ad Praetorem, cuius

monumentis praecipue seruata adsunt eiusdem genera: alterum ad eas pertinet res, quas sibimet ipsa lex in iure aliquo a se constituto excipit, alterum mirum in modum singula capita firmiora reddit. Prioris generis exemplum est in L. Quinctia: „arbores uites — tollantur; — quo minus uites arbores —, quas curatores ne demolirentur dominis permiserunt, maneant, H. L. N. R." Item: „Quo minus ex iis fontibus aquam haurire iis quibuscunque curatores permiserint — liceat, H. L. N. R." Frontin. ed. Poleni p. 229. Item in tab. Heracl. uers. 56—67. „Quo minus earum rerum" (in specie ante enumeratae exceptaeque erant) „causa eis diebus plostra interdiu — ducantur, H. L. N. R." Cf. etiam uers. 16. 65. 67. 76. 79—82. Item in lege Thoria (I, 36.): „quo *minus huic* | L. intercedat R. H. L. N. R." Alia legis Thoriae exempla nimis mutilata sunt quam ut explicari queant (IV, 28. V, 28.). Tertium denique harum sanctionum genus in hunc modum singula capita firmare solebat: „Quo minus ea quae in hoc capite scripta sient, ita sient, fiant, H. L. N. R." Lex de Termessensium immunitate uers. 7. ante fin. (Vrs. ad August. XVI.). Item: *Quo minus quod in hoc capite scriptum est, ita u*‖tei est, siet, ex H. L. N. R." Lex Thor. I, 13. ex optima Sigonii restitutione. Simili modo in L. Gall. Cisalp. scribitur: „duci iubeto; quodque ita factum, actum, iussum erit, id ius ratumque esto. Quo minus in eum iudicium — is quei ibei I. D. P. ex H. L. det iudicareique curet, ex H. L. N. R." Quodsi rationem huius firmamenti quaeris eam ita mihi explicui, ut siquid forte in lege iussum fuisset, quod huic capiti oppositum esset, ei haec res ex sanctione praeferretur. Ex his tribus sanctionum modis, tertium solum in hoc nostro loco latere posse suspicans, lege de Termess. duce caput restitui. Quod ad speciem huius formulae attinet, multis modis uariatur: scribitur EX. h. l. n. r.: L. Thor. I, 13. L. Gall. Cis. l. c.; EIVS h. l. n. r.: L. de Term. l. c.; EVM. h. l. n. r.: Tab. Heracl. 65. 67. 79. 82. In fine passim scribitur: e. h. l. n. ROGATVR: Tab. Heracl. uers. 52. L. de Term. et ap. Val. Probum; ROGATVM: Cic. pro Caec. l. c. et ROGATO, quod est in nostro loco et in L. Quinctia l. c. ex omnium codd. auctoritate; unus modo Scaligeranus habuit ROGATOR, quod contra omnia, quae attuli exempla, perperam recepit Polenus. Plerumque autem omnis formula per compendium scribitur.

FVERINT. AD. PRAETOREM.[d]) QVOIVS. E|X. HACE. LEGE. QVAESTIO. ERIT. || *NOMEN. ALTEREI. EX. HACE. LEGE. DETOLERIT. ET. IS. EO. IOVDICIO. HACE. LEGE. CONDEMNA-*
LXXVIII. (X,14.) *TVS. ERIT.* |—||| EIVS. MILITIAE MVNERISQVE. POPLICI.[e]) IN.
(XIV,35.) SV ||[f]) — || VTILITATE.[g]) IVDEX. DEINCEPS. FACIAT.[h]) || — | *SEI. PR. QVEI. EX. HACE. LEGE. QVAERET. SEIVE. QVAE-*
(XII,27.) *STOR. QVOI. AERARIVM.* || VEL[i]) VRBANA. PROVINCIA. OB-

d) *PRAETOREM.* QVOIVS. tam Vrs. quam Pigh. in tab. XII. legerunt, quamuis paene omnes litterae, quas obliquas hic scripsi, maximam partem in tab. IX. legi possint. Ex eis quae supersunt in hoc tabulae IX. loco, Vrs. collegit uocabulum PROXIM; Amadut. omnia omittit.

e) P*OB*LICI Bimardus.

f) V ab. Bim.

g) VTIL ab. Boiss.

h) Post FACIAT. Boiss. pergit: PR.

i) *I*EI Pigh.; *V*EI Vrs.; *VEL* sched.

e|x hac lege quaestio erit, || *nomen alteri ex hac lege detulerit, et*
LXXVIII. *is eo iudicio hac lege condemnatus erit,* |—||| eius militiae muneris que publici in su || — || utilitate. Iudex deinceps faciat || — | *Si Praetor, qui ex hac lege quaeret, siue Quaestor, cui aera-*

1) De quanam hic agatur prouocatione equidem nescio, id uero ex perpetua repetitione earundem, quas ante uidimus, formularum colligi posse opinor, eandem rem, quam lex ante generatim praescripserat, nunc pluribus singulatim pertractari, ita dico, ut nunc de aliis agatur iuribus una cum ciuitate accusatori concedendis (Cic. Balb. 25.).

2) Scripsi DICTATOR, quia ante Praetorem alius poni non posse uidebatur magistratus, cuius nomen in syllabam TOR desineret. Dictatoris uero Praetoris Aedilisque in hac serie coniunctio nobis persuadet, totum hunc locum neque ad ciues Romanos qui accusauerint, — cur enim omittitur Consul? — neque ad peregrinos, — ii enim eiusmodi magistratum gerere omnino non poterant — sed ad socios pertinere nomenue Latinum, Praetoris autem nomine ut olim Romae significari Consulem, et iis sociis, qui in sua ciuitate munere publico functi essent, alia accusationis praemia hoc loco promissa esse, quam quae concedi solebant, si functi non essent. Propterea in hunc fere modum restituerim: „Siquis eorum qui || *de sociis nominene Latino in sua ciuitate Dictat*||or Praetor Aedilisue non fuerint, — || *nomen alteri — detulerit, et is — condemnatus erit, hoc uel illud praemium accusator habeto.*"

VENERIT. EO. MAGISTR||ATV. [k]) IVDICIOVE. INPERIO||VE. [l]) (IX, 1.)
ABIERIT. ABDICAVERITV||E. [m]) *MORTVOS VE. ERIT.* | — | *QVAE-*
STOR. QVEI. POST. EVM. AERARIVM. ||| PROVINCIAM. HA- LXXIX. (X, 15.)
BEBIT. IS. [n]) VTEI. [o]) QV||*OD.* [p]) *RECTE. FACTVM. ESSE. VO*||- (XIV, 36.)
LET. [q]) FACITO. VTEI. EA. OMNIA. [r]) || *FIANT.* | — | *QVASI.*
A||PVD. EVM. EA. RES. ACTA. ESSET. DEQVE. EA. RE. || EIEI. [s]) (XII, 28.) (IX, 2.)
PRAETOR*I.* QVAESTOR*I.* OM||NIVM. [t]) RERVM. QVOD. EX.
|| *HACE. LEGE. FACTVM. NON. ERIT. SIREMPS. LEX.*

k) Litteras TR Pigh. in superiore, Vrs. in utraque tabula legit; in tab. IX. non est nisi litterae R uestigium; omnia autem ad sequens uocabulum usque absunt Amad.

l) Pro INPERIO in tab. IX. Am. nihil legit quam INTER.

m) ABDICAVERITVE legit Pigh. de suo adiiciens: „*mortuosue erit.*"

n) HABEBITIS Bim. Prim. Amad.; correximus cum Vrsino ex ipsa tabula HABEBIT. IS.

o) VT. EI. Bim.

p) Pro *QV* Am. legit *OV*.

q) Vrs. perperam O. LET; sequimur Boiss.

r) Pro OMNIA Boiss. NOMINA.

s) EIEI ab. Am.

t) OM ab. Am.

rium || uel urbana prouincia obuenerit, eo magistr||atu iudicioue imperio||ue abierit abdicaueritu||e *mortuusue erit,* | — | *Quaestor qui post eum aerarium* ||| prouinciam habebit, (3) is, uti qu||*od recte* LXXIX. *factum esse uo*||let, facito ut ea omnia || *fiant* | — | *quasi a*||pud eum ea res acta esset, deque ea re || ei Praetor*i* Quaestor*i* om||nium rerum, quod ex || *hac lege factum non erit, siremps lex esto.* (4)

3) Simili modo ac paullo ante (cf. Lin. LXXI.) uidimus, mox Praetorem Quaestoremque iterum commemoratos uidebimus, ideoque eorundem ita feci in uersu antecedente mentionem, ut iisdem fere ac supra uerbis in restituendo usus sim; hic uero, quod reliqua omnia e Lin. LXXI. reficere non audebam, solum Quaestorem induxi, ut ea, quae mutilata in tabula seruantur, non plane abrupta manerent.

4) Easdem fere quas ante uidimus formulas hic repetendas duxi; pro *Praetor Quaestor* ex iisdem *Praetori Quaestori* restituere non dubitaui, eoque minus cum ante haec uerba hoc certe loco *ei* legatur in tabula.

LXXX. (X.16.) *ESTO.* | — ||| *IVD*||ICIVM.[u]) FVIT. FVERITVE. EX. LEG||E.[x])
(XIV.37.) *QVAM. L. CALPVRNIVS. L. F.* || TRIBVNVS. PLEBEI. ROGAVIT.[y]) || *EXVE. LEGE. QVAM. M. IVNIVS. D. F. TRIBVNVS. PLEBEI. ROGAVIT. QVEI. EORVM. EO. IVDICIO. CON-*
(XII.29.) (IX.3.) *DEM*||NATVS. EST. ERITVE. QVO. MAGIS. DE. EA. R||E.[z]) EIVS.
LXXXI. NOMEN. HACE.[aa]) LEGE. DEFERA||TVR.[bb]) QVOVE.[cc]) MAGIS.
(X.17.) (XIV.38.) DE. E || — ||| — || T. ANTE. QVAM.[dd]) EA. RES. || — || SANCTIO. ||[ee])

u) ICVM Bim. IVM Am.

x) Bim. IN; Am. LEGE.

y) Boiss. scribit ROGAT et post spatium uacuum AT.

z) Litteram E in tab. IX. Amadutius omisit; Pighius eam antecedenti tribuit.

aa) HAC Am.

bb) In media littera T fracta est tabula.

cc) QVOQVE Vrs.

dd) ANTEQVAM. Vrs.

ee) Boiss. scribit: TIONEI et post spatium uacuum ICVT et mox in eodem uersu R.

LXXX. | — ||| *iud*||icium fuit fueritue ex leg||e, *quam L. Calpurnius L. filius* || tribunus plebis rogauit, || *exue lege, quam M. Iunius D. filius tribunus plebis rogauit, qui eorum, eo iudicio condem*||natus est (5) eritue, quo magis de ea r||e eius nomen hac lege defera||tur, quoue
LXXXI. magis de e || — ||| — || t ante quam ea res || — || sanctio || (6) — || m

5) Omnia quidem, quae huic loco intuli, iterum desumta sunt e praecedentibus; ipsam uero rem neque hic satis intelligo, neque supra intellexi.

6) Vrsinus uocem SANCTIO maioribus scripsit litteris, quasi haec inscriptio fuerit ultimae legis sanctionis, idque haud dubie ad exemplum legis de imperio Vespasiani. Verum licet aliud eiusmodi sanctionis exemplum afferre possumus ex Murat. Thes. inscr. II., p. 576. (cf. p. 94. not. 11.), tamen non dubito, quin falsa sit illa Vrsini lectio. Nostra enim tabularum coniunctione docemur, in sequentibus iterum atque iterum post uocem SANCTIO eadem, de quibus iam antea sermo fuerat, commemorari delatorum praemia. Boissardus autem neque maiorum in hac uoce litterarum uestigia tradit, et multis uerborum fragmentis, quae Vrsinus non agnouerat, indicat, etiam plures infra hanc uocem secutas esse lineas, quam fieri poterat, si in hoc uersu fuisset ultima legis sanctio.

— ‖ M. REM. IOVDICANDAM. ADFVER|*INT.*[ff]) ‖ QVEI. VIVENT. (XII, 30.) (IX, 4.)
EORVM. MAIORI.[gg]) ‖ PARTI. SATIS. FECERIT. ‖ — ‖| — ‖ SEI‖- LXXXII. (X, 18.)
QVIS.[hh]) *EORVM. QVEI.* | — ‖ NEI.[ii]) ‖ — | *AD. PRAETOREM.* (XIV, 39.)
QVOIVS. EX.[kk]) ‖ HACE. LEGE. QVAESTIO. ERIT. DETVLER|*IT.* (XII, 31.)
ET. IS‖. EO. IOVDICIO.[ll]) HACE. LEGE. CONDEMNAT‖VS.[mm]) (IX, 5.)
ERIT. TVM. EIS. QV‖*EI. EX. HACE. LEGE. NOMEN. DETO-*
LERIT. | — ‖| — [nn]) *MILITIAEQVE. EI*‖S. VOCATIO. ESTO. AERA. LXXXIII. (XII, 32.)
STIPENDIA|Q*VE.*[oo]) ‖ OMNIA. MERITA. SVNT*O*. NEIQVI. MA- (IX, 6.)
GI‖*STR*|ATVS.[pp]) PR‖*OVE.*[qq]) *MAGISTRATV. PROVE. QVO.*

ff) ADFVER Vrs. et Pigh.; ADFVERI sched.

gg) MAIOR Amad.

hh) SEIQ solus ita legit Vrs.

ii) NEI Boiss. omittit et spatio uacuo interposito scribit FACIAT. AGATQ.

kk) X uiderunt Vrs. et Pigh.

ll) I*V*DICIO et mox HAC scribit Am.

mm) Litterae V uestigia quae in schedis inuenio confirmat Pigh.

nn) Boiss. inserit ATVM et post spatium uacuum SI.

oo) Litteram Q debemus Vrsino.

pp) Vrs. *I*ATVS.

qq) Tam in schedis, quam in libris post PR interpungitur.

rem iudicandam adfuer|*int,* ‖ qui uiuent eorum maiori ‖ parti satis fecerit ‖ — ‖| — ‖ Si‖*quis eorum, qui* (7) | — ‖ ne ‖ — | *ad Praetorem,* LXXXII. *cuius ex* ‖ hac lege quaestio erit, detuler|*it, et is* ‖ eo iudicio hac lege condemnat‖us erit, tum is qu‖*i ex hac lege nomen detulerit,* | — ‖| — | *militiaeque ei*‖s uocatio esto, aera stipendia|*que* ‖ omnia LXXXIII. merita sunt*o*. (8) Nequi magi‖*str*|atus pr‖*oue magistratu, proue quo*

7) Cf. Lin. LXXV. et LXXVII.

8) In tabula perperam haud dubie scribitur SVNT; propter praecedens ESTO correxi SVNT*O*, ut supra quoque in simili scribitur oratione.

IMPERIO. POTESTATEVE. ERIT. FACITO. QVO. MINVS.
LXXXIV. (XII,33.) *ITA. SIET.* | — ‖| — [rr]) | *CONDEM*‖NATVS. ERIT. TVM. QVEI
(IX,7.) EIV‖*S. NOMEN.* ‖ DETOLERIT.[ss]) QVOIVS. EORVM. OPERA. MA‖
LXXXV. (XII,34.) — ‖| — ‖ REPETETVR.[tt]) DE. EA. RE. EIVS. | — ‖ O. VTRVM. VE-
(IX,8.) LXXXVI (XII,35.) LIT. VEL. IN. SVA. CEIVITAT‖*E.* | — ‖| — ‖ BERE.[uu]) LICETO.
(IX,9.) | *SEIQVIS. CEI*‖VIS. ROMANVS. EX. HACE. LEGE. AL-
LXXXVII (XII,36.) T‖*EREI.*[xx]) *NOMEN. DETVLERIT.* | — ‖| — ‖ QVOI. EX. |
(IX,10.) HACE.[yy]) *LEGE.* | — ‖ CATIO. ERIT. ESSEVE. O‖PORT*ET.*[zz]) | —
LXXXVIII (IX,11.) LXXXIX (IX,12.) ‖| — | *PER*‖EGRINOS.[aaa]) IO‖VS.[bbb]) — ‖| — ‖ ATEI.[ccc]) ‖ — ‖| .

rr) Boiss. inserit RO.

ss) DE*ID*LERIT Amad.

tt) SI. PETETVR. Vrs. et Pigh.

uu) *I*BERE Vrs.; *A*BERE Pigh.

xx) ALT*E* Vrs. et Am.

yy) HA Vrs.; HAC Pigh.

zz) Quae in tabula, uti nunc est, post litteram O sequuntur uix agnoscuntur; Vrs. legit: *OPORT*; Am.: ESSEVE*REOR*.

aaa) *R*EGRINOS. Vrs. EGRINO Am.

bbb) IO*V*S Vrs.; Am. uoculam omittit.

ccc) ATE*L* Vrs. scribit; ATE*I* sched.; Am. omittit plane. An restituendum C*EIVIT*ATEI?

LXXXIV. *imperio potestateue erit, facito quo minus ita sit.* | (9) ‖| — | *condem-*
‖natus erit, tum qui eiu|*s nomen* ‖ detulerit; cuius eorum opera
LXXXV. ma ‖ — ‖| — ‖ repetetur, de ea re eius | — ‖ o utrum uelit uel in sua
LXXXVI. ciuitat‖*e* | (10) — ‖| — ‖bere liceto. | *Siquis ci*‖uis Romanus ex
LXXXVII. hac lege alt‖*eri nomen detulerit,* | — ‖| — ‖ Cui ex | hac *lege* | — ‖ ca-
LXXXVIII LXXXIX. tio (11) erit esseue o‖port*et* | — ‖| — | *per*‖egrinos i‖us — ‖| — ‖ati ‖ — ‖| .

9) Cf. Cap. XXIII. not. 10.

10) Si haec ad socium Latinumue pertinuerunt, cui, cum ex lege Papia Iuniaue (postea ex lege Licinia Mucia) a ciuitate sua repeti posset, ex hac lege uenia promissa sit, uerba in hunc fere modum restitui possint: „*Si socius nominisue Latini — — a ciuitate sua* ‖repetetur, de ea re eius | *ius potestasque est*‖o, utrum uelit uel in sua ciuitate ‖ *uel in urbe Roma praemio frui etc.*"

11) An restituendum est: „*prouo*‖catio"?

INDEX RERVM ET VERBORVM.

TYPIS TROWITZSCHI ET FILII.

TAB. X. ap. Vrsinum.


FECERIT·L·
EAN DEM· PROV
QVIS· PRAETOR·LITIS·AE
PEQVNIAM·EX HACE LEG
EX·HACE LEGE IVDICVM·FIE (sic)
AVOCARIER·IVBETO·NEIVE·AE
TRIBVS·INTRO·VOCABVNTVR·E
ESSE·VOLET·FACITO·VT·EI·EA·OMNIA
FVIT·FVERIT·VE·EX·LEGE·QVAM·L·CAL
ERIT·QVOM·EIS·HACE LEGE ACTIONEI ESTO (sic)
DE·CEIVITATE·DANDA SEIQVIS EO
CEIVIS·ROMANVS·EX·HACE·LEGE·FIET·NE POTESQ
NIHILVM· ROGATO DE·PROVOCATION
EIVS·MILITIAE MVNERISQVE·POPLICI·INS
PROVINCIAM·HABEBIT·IS [a] VTEI ·QV
CIVM· FVIT· FVERITVE·EX·LE
ANTEQVAM·EA·RES
SEI

a, *Primisserus*. HABEBITIS.

TAB. III. ap. Vrsinum.

NO· EX· H · L
QVOS STIPENDIVM
OPVLVS · PLEBESVE·IVSERIT
OPVLEI · ROMANI· PROXVMVM
RMAM [a] PVBLICAM · RELLATVM
VNT· ADSIGNAVERVNT·CE· ERVM
H·L R·FRVETVR·DARE·DEBETO·
QVEI· ROMAE· PVBLICE ·VENIERIT·E·H·L
QVOMQVE· E·H·L·FIERI ·VOLET· FIAT·
ERVNT· PVBLICANO· DARE· OPORTVIT
·L· CAECILIVS ·CN·DOMITI·CENS·FRVENDA
NOM·EA·VECTIGALIA· FRVENDA·LOCABIT·VENDITVE
ITO·QVO· INVITEIS·EIS.QVEI·EVM·AGRVM·POSIDEBVNT
MNES·PVBLICAE·SVNTO·LIMITESQVE·INTER·CENTVRIA
IVDICIO·FVERIT·EI·EIVS·AGRI·QVOD·IS·INDICIO·EIVS
TVS·FVIT·PVBLICE·VENIEIT·TANTVNDEM [b] MODVM
VM·SCRIPTVRAM·PECORIS·NEI·DATO·NEIVE
VTEI·DE·EA·RE·IN·II·L·S·EST· NEIVE
VM· AGRVM·LOCVM·CEIVI
VEI·EVM·AGRVM·TV
TRA·EVM·A

a, *Primisserus:* OMAM.
b, *Idem:* TANDUNDEM.



TAB. II. ap. Vrsinum.



a. Brimisserus. VT.

TAB. IX. ap. Vrsinum.